



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google[®] books

<https://books.google.com>



JANI KLENCKII
INSTITUTIONES
J U R I S
Naturalis & Gentium,

Ex
HUGONIS GROTII
De
JURE BELLI AC PACIS
Libris excerpta.



*Editio quarta auctior & correctior
cum Indice locupletissimo.*

J E N Æ,
Prostant apud MATTHÆUM BE-
RUM, Bibliopolam Jenens. & H
TYPIS SAMUELIS

ANNO MDCCLXVI.

SERENISSIMO. ATQUE. CEL-
SISSIMO. PRINCIPI. AC

DOMINO

DN. FRIDERICO

DUCI. SAXONÆ. JULIACI
CLIVIÆ. AC. MONTIUM

ANDREAVICUM. THURINGIÆ
MARCHIONI. MISNIÆ. COMI-
TI. PRINCIPALI. DIGNITATE

HENNEBERGICO. COMITI. IN

MARCA. ET. RAVENSBERG

DYNASTÆ. RAVEN-

STEINII

PRINCIPI. AC. DOMINO. SVO
CLEMENTISSIMO

Salutem & Prosperitatem perpetuam!



Quantum *literarum studia*, *Serenissime Princeps ac Domine, Domine Clementissime*, ornamenti addant *ad cladium Reipublice sedentibus*, tam clarum est, quam quod clarissimum. Si enim excelsa animi virtus tanto conspectius de se fundit lumen, quanto major habetur, qui ea praeeditus est; quid potest esse illustrius, quam imbutum esse *literarum virtutum suarum splendori addit* magis supra vulgarem sortem est erectus. Non memorabo tot illustrissima exempla eorum, qui non solum favore maerantur hac studia maximo, verum qui & ipsi omnibus politioris *literaturae deliciis fuerit* expolitissimi. Ad Vestram solum, *Serenissime Princeps*, mea appellabit oratio *Celsitudinem*. Originem & nomen ea ducit ab *Illustrissima Rota Saxonica stirpe*, cujus fama Solis contermina finibus per totum terrarum orbem amplissimo splendore circulatur. Insuper *maiorum suorum vestigiis laudatissimis*, qui
nesciunt

nesciant factorum legem, & jam maximè
 vigent; cum demortuorum desiderium peren-
 nis illustrat memoria. Parentis Illustrissimè
 virtutum exemplar fulgentissimum ad ex-
 teros non modò splendoris sui Serenissimè
 emisit radios; sed & tanti hoc suum estima-
 bit Athenæum, ut fulgore & præsentia
 suâ illud irradiare. & illustrius reddere di-
 gnata fuerit. Unanimi hinc voce, uno pectore
FELICITER acclamantibus Academia
 Patribus celeberrimis, totâque applau-
 dente, sibi què de Tanti Principis præsen-
 tiâ gratulante Studiosâ coronâ, tenuitatis
 etiam meæ partium esse ratus sum, aliquali
 subjectioneque per... ingressus, Serenitatem Vestram
 tum benignissimâ fronte chartaceum hocce
 munusculum accepturam, tum, quoad laxa-
 ta Principalia negotia permittent, ocu-
 lis usurpaturam, tum maximè, præfixâ
 Serenissimi Nominis luce lucem opusculo
 huic fœneraturam; ausus sum Celsitudinis
 Vestræ Illustrissimo Nomini hoc quale quale in-
 scribere. Age ergò, Princeps Serenissime, libel-
 lum hunc Illustrissimi Tui Nominis luce
 splendidissimâ illustrare non dedignare.
 Deus ter Optimus ter Maximus Serenis-
 simam Vestram Celsitudinem sancti sui
 us

Bayerische
Staatsbibliothek
München



SERENISSIMO. ATQUE. CEL-
SISSIMO. PRINCIPI. AC
DOMINO


DN. FRIDERICO

DUCE. SAXONÆ. JULIACI
CLIVIÆ. AC. MONTIUM

ANDREÆ. ^{WILHELMINGI} COMI-
TII. PRINCIPALI. DIGNITATE
HENNEBERGICO. COMITI. IN
MARCA. ET. RAVENSBERG
DYNASTÆ. RAVEN-
STEINII

PRINCIPI. AC. DOMINO. SVO
CLEMENTISSIMO

Salutem & Prosperitatem perpetuam!



Quantum *literarum studia*, *Serenissime Princeps ac Domine, Domine Clementissime*, ornamenti addant ad *clavum Reipublice sedentibus*, tam clarum est, quam quod clarissimum. Si enim excelsa animi virtus tanto conspectius de se fundit lumen, quanto major habetur, qui ea praeeditus est; quid potest esse illustrius, quam imbutum esse *literarum, et artium suarum splendori addit* magis supra vulgarem sortem est excelsus. Non memorabo tot *illustrissima exempla eorum*, qui non solum favore maclarunt hac studia maximo, verum qui & ipsi omnibus politioris *literaturae deliciis fuere expositissimi*. Ad *Vestram solium*, *Serenissime Princeps*, mea appellabit oratio *Celsitudinem*. *Originem & nomen ea ducit ab Illustrissima Ruta Saxonica stirpe*, cujus fama *Solis contermina finibus per totum terrarum orbem amplissimo splendore circulatur*. *Insistit majorum suorum vestigiis laudatissimis*, qui
nesciunt

DEDICATIO.

nesciant fatorum legem, & jam maxime
 vigent; cum demortuorum desiderium peren-
 nis illustrat memoria. Parentis Illustrissimi
 virtutum exemplar fulgentissimum ad ex-
 teros non modo splendoris sui Serenissimi
 emisit radios; sed & tanti hoc suum estima-
 vit Athenaeum, ut fulgore & presentia
 sua illud irradiare. & illustrius reddere di-
 gnata fuerit. Unanimi hinc voce, uno pectore
FELICITER acclamantibus Academia
 Patribus celeberrimis, totaque applau-
 dente, sibi que de Tanti Principis presen-
 tia gratulante Studiosa corona, tenuitatis
 etiam mea partium esse ratus sum, aliquali
 subjectionem ^{pe. 1. 1. 1.} ^{L. 1. 1. 1.} ^{1. 1. 1.} ^{1. 1. 1.}
 etiamque ingressus, Serenitatem Vestram
 tum benignissima fronte chartaceum hocce
 munusculum accepturam, tum, quoad laxa-
 ta Principalia negotia permittent, occu-
 lis usurpaturam, tum maxime, prefixa
 Serenissimi Nominis luce lucem opusculo
 huic sceneraturam; ausus sum Celsitudinis
 Vestra Illustrissimo Nominis hoc quale quale in-
 scribere. Age ergo, Princeps Serenissime, libel-
 lum hunc Illustrissimi Tui Nominis luce
 splendidissima illustrare non dedignare.
 Deus ter Optimus ter Maximus Serenis-
 simam Vestram Celsitudinem sancti sui
 us

DEDICATIO.

*Spiritus dirigat ductu, angelicis protegat ex-
cubiis, omnique benedictionum Principali-
um augeat genere, ut tantò se feliciores
sentiant & judicent. subditi, quanto exopta-
tiore Celsitudo Vestra fruatur incolumitate.*

Jen. d. 30. April.

1666.

Sereniss. Vestr. Celsit.


Subjeltiss.

Matth. Bircknerus
Bibliopola.

J. KLENCKIUS

S. L.

HÆc quæ vides, bene-
vole Lector, ex illu-
stris Viri *H. Grotii*,
de Jure belli ac pacis, libris ex-
cerpta, exercitia scholastica
sunt; auditoribus meis priva-
tim dictata: atque ab iisdem,
scilicet *Johanne Leonbardo*
Blasio, *Gerardo Croese*, *Caro-*
lo Quina, *Johanne Bardoel*,
Romano de Hooge, *Johanne*
Clapmuts, *Henrico Uurling*,
Jacobo Numidio Coep, *V Vil-*
belmo Arnoldo Senguerdio,
publicæ ventilationi, per vi-
ces, subjecta. Nunc recitat
publico bono. Tu si lubet
ac vale.



In HUG. GROTIUM

*de Jure Belli & Pacis, contractum à
Nobiliss. Clarissimoq;*

V I R O

D. JANO KLENCKIO,

*Equite, Odessenæ Domino, Am-
stelodamensium Pro-
fessore.*



*Roma silent, Batavumq; fu-
git Bellona Leonem.*

*Pace triumphantes cerni-
mus ira Patres.*

*Fœdera concordēs agitant tranquilla
Sorores,*

*Strictaq; stant aliis Belgica Tele
modis.*

*Vicinus: imbelles veniunt ad Fœdera
Reges.*

...asq; mari dant fera Regna

...nus.

*Omnis in armato recubat jam jure po-
testas :*

*Victoresque domi , belligerique foris ,
Scribimus ; & positis Martem conscri-
bimus armis ,*

*Quae Natura jubet , Lex jubet a-
qua geri ,*

*Et gentes voluere geri : quae Grotius
author*

Posse jubet socia religione geri.

*Quam bene , pugnanti cedit jam Lau-
rea lingua ,*

*Armaque docturis imperiosa Togis
Ejurante nefas Bello : Te vindice
Klencki ,*

*Judice me ; Belli commoda , Pacis
erunt.*

R. KEUCHENIUS, JC.

In Disputationes Politicas
Nobilissimi, Doctissimi, Claris-
simique

VIRI

D. JOANNIS KLENCKE,
EQUITIS.

Domini in Odessen, & Philoso-
phiæ in Illustri Amstelodamen-
sum Gymnasio Professoris
ordinarii,

Ad Hug. Grotii libb.

DE JURE BELLI & PACIS.



Ecce quando recens riden-
tia degeret orbis,

Et vix nota *mei* monstra
tuique forent;

Causidicis caruere domus & litibus
aulæ,

Simplicitas falsi nescia, tuta fides!

At postquam viguere forum, reus,
actor, & hostis,

supplicium, carcer, iurgia, bella,
neces;

In pejus ruit omne! malis gliscenti-
bus ansam
Serpenti ulterius præripere
boni!

Tot leges, tot jura dabant! quos
GROTIUS inter
Eximiis meruit laudibus esse
prior.

Cuilibet ostendit populo sua jura,
togæque
Propria, quæque sibi vindicet at-
ma sagum.

Hoc spatii majoris opus! contracti-
us illud

Nobilis, en! KLENKI cura labor-
que facit;

Illustratq; notis compendia rara, nec
auso

Inferior tanto sedulus esse cupit.

Dante micet CAROLO quamvis
eques, atque Toparcham

ODESSENA sibi gestiat esse suum:

Negligit illustres titulos famamq;
suæque

Plus putat Illustri c
Scholar

IACO

Libri primi Capita.

- I. **Q**uid bellum: quid jus. Pag. 1.
II. An bellare justum sit. 4.
III. Belli partitio in publicum,
& privatum: summi imperii
explicatio. 7
IV. De bello subditorum in superiores. 18
V. Qui bellum licite gerant. 23

Libri II. Capita.

- I. De belli causis: & primum de de-
fensione sui: & versus alios. 124
II. De his qua hominibus communi-
ter competant. 34
III. De acquisitione originaria rerum:
ubi de mari, & fluminibus. 39
IV. De derelictione presunta; & eam
secuta occupatione. 44
V. De acquisitione originaria jure in
persona: ubi de jure parentum &
matrimonii: collegii: jure in
suo dicitur in servos. 47
I. De acquisitione derivativa,
facto

	<i>facto hominis; ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.</i>	55
VII.	<i>De acquisitione derivativa, qua fit per legem: ubi de successione- bus ab intestato.</i>	57
VIII.	<i>De acquisitionibus, qua vulgo dicuntur juris gentium.</i>	65
IX.	<i>Quando imperia, vel dominia de- sinant.</i>	68
X.	<i>De obligatione qua ex dominio ori- tur.</i>	70
XI.	<i>De promissis.</i>	72
XII.	<i>De contractibus.</i>	75
XIII.	<i>De jurejurando.</i>	79
XIV.	<i>De promissis, contractibus, jure- jurando, eorum qui summum imperium habent.</i>	83
XV.	<i>De foederibus, ac sponsonibus.</i>	86
XVI.	<i>De interpretatione.</i>	89
XVII.	<i>De damno per injuriam dato; & obligatione qua inde oritur.</i>	95
XVIII.	<i>De legationum jure.</i>	98
XIX.	<i>De jure sepulturae.</i>	102
XX.	<i>De poenis.</i>	
XXI.	<i>De poenarum com- municatione</i>	

- XXII. *De causis belli injustis.* 117
- XXIII. *De causis dubiis.* 118
- XXIV. *Monita de non temere, etiam
ex justis causis, bello suscipiendo.*
120
- XXV. *De causis belli pro aliis susci-
piendi.* 121
- XXVI. *De causis justis, ut bellum ge-
ratur ab his qui sub alieno impe-
rio sunt.* 123

Libri III. Capita.

- I. *Quantum in bello liceat, regu-
la generales, ex jure natura:
ubi & de dolis, & mendacio.*
125
- II. *Quomodo, jure gentium, bona
subditorum pro debito imperan-
tium obligentur: ubi de repres-
saliis.* 130
- III. *De bello justo, sive solenni, jure
gentium: ubi de indictione.*
131
- IV. *De jure interficiendi hostes, in
bello*

- bello solenni ; & alia vi in cor-
 pus.* 133
- V. *De rebus vastandis, eripiendisq̄ue.* 135
- VI. *De jure acquirendi bello capta.* 136
- VII. *De jure in captivos.* 139
- VIII. *De imperio in victos.* 141
- IX. *De postliminio.* 142
- X. *Monita de his que fiunt in bello in-
 justo.* 143
- XI. *Temperamentum circa jus inter-
 ficiendi, in bello justo.* 144
- XII. *Temperamentum circa vastatio-
 nem, & similia.* 146
- XIII. *Temperamentum circa res ca-
 ptas.* 147
- XIV. *Temperamentum circa captos.* 148
- XV. *Temperamentum circa acquisi-
 tionem imperii.* 149
- XVI. *Temperamentum circa ea, que
 jure gentium postliminio carent.* 150
- XVII. *De his qui in bello meam su.*

- XVIII. De his quæ, in bello publico,
 & privatim fiunt. 152
- XIX. De fide inter hostes. 153
- XX. De fide publica, qua bellum fi-
 nitur: ubi de pacis pactione:
 sorte: certamine condicito: arbi-
 trio: deditiõne: obsidibus: pigno-
 ribus. 154
- XXI. De fide, manente bello: ubi de
 induciis: comæatibus: captivo-
 rum redemptione. 159
- XXII. De fide minorum potestatum in
 bello. 163
- XXIII. De fide privata in bello. 164
- XXIV. De fide tacita. 166
- XXV. Conclusio, cum monitis ad fi-
 dem, ac pacem. 167

Insti-

*Institutionum Juris**Naturalis & Gentium,**Liber primus.*

CAP. I.

Quid bellum, quid jus.

Quoniam controversiæ eorum quos nulla
 juris civilis tenet communio
 (quales sunt & qui in gentem
 nondum coherunt, & qui inter
 se diversarum sunt gentium; tum privati,
 tum reges ipsi, quique par regibus jus ob-
 tinent; sive illi optimates sint, sive popul-
 liberi) aut ad belli, aut ad pacis, tempo-
 ra pertinent. Sed quia bellum pacis causa
 suscipitur; & nulla est controversia, unde
 non bellum oriri possit, occasione bellic
 juris, quæcunque tales incidere solent con-
 troversiæ recte tractabuntur: ipsum dein-
 de nos bellum ad pacem, ut finem suum
 deducet.

Quæritur I. *Quid est Bellum?* R. Sta-
 tus per vim certantium, quæ tal-
 sunt.

II. *Quid est Jus?* R. Quod justum est

sive non injustum ; hoc est quod non repugnat naturæ societatis ratione utentium.

III. *Qua est altera juris significatio?* R. Quatenus ad personas refertur, notat qualitatem moralem, personæ competentem, ad aliquid juste habendum vel agendum.

IV. *Quid jus præterea significat?* R. Legem, id est normam agendorum ; sive regulam actuum moralium, obligantem ad id quod rectum est.

V. *Hoc jus quomodo dividitur?* R. In naturale & voluntarium.

VI. *Quid est naturale?* R. Dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui inesse moralem bonitatem, aut malitiam.

VII. *Unde illa bonitas, aut malitia, colligitur?* R. Ex ejus convenientia, aut inconvenientia, cum ipsa natura rationali.

VIII. *Unde hoc jus justum est?* R. Ex se, & necessario: adeoque actus ejus ideo à Deo præcipiuntur, vel vetantur, quia sua natura, & per se, debiti sunt, aut illiciti.

IX. *An hoc jus est mutabile?* N. Quia non potest è natura rationali deleri; nec abrogari, augeri, aut dispensari.

X. *An è respectu Dei?* A. Quia Deus, ne quidem per omnipotentiam, efficere potest, ut res non sit id quod est: ut per se

se malum, sit bonum; aut contra.

XI. *Quid si Deus insontem occidi, aut res alienas auferri, præcipiat?* R. Non erit homicidium, aut furtum: quia omnium domino absolutissimo imperante fient; adeoque lex naturæ non mutabitur.

XII. *Quid est jus voluntarium?* R. Quod ex voluntate originem ducit; aliis dictum legitimum, positivum, constitutum.

XIII. *Quotuplex id est?* R. Duplex, divinum & humanum.

XIV. *Quid humanum?* R. Quod ex voluntate humana ortum habet.

XV. *Quotuplex hoc est?* R. Triplex, civile, civili arctius, & civili latius patens.

XVI. *Quid civile?* R. Quod proficiscitur à potestate civili, id est ea quæ præest civitati.

XVII. *Quid est civitas?* R. Cætus perfectus liberorum hominum, juris fruendi, & communis utilitatis, causa sociatus.

XVIII. *Quid civili arctius?* R. Hoc est varium, continens in se præcepta patria, dominica, & id genus alia.

XIX. *Quid civili latius patens?* R. Jus gentium, obligandi vim accipiens à voluntate gentium omnium, aut multarum.

XX. *Quid est jus divinum?* R. Quod oritur ex voluntate divina.

XXI. *Unde hoc justum est?* R. Non

se, aut necessario; sed ex Dei arbitrio, & liberrima voluntate: ejusque actus ideo sunt debiti, aut illiciti, quia à Deo præcepti sunt, vel vetiti.

XXII. *Quotuplex est jus divinum voluntarium?* R. Aut datum est humano generi, omnes obligans homines; aut uni tantum populo, Hebræo, hunc obligans solum.

XXIII. *An jure Hebræorum unquam obligati fuerit alienigena?* N. Quia obligatio, extra jus naturæ, venit ex voluntate legem ferentis; quæ ad alios non extenditur.

XXIV. *Quæ argumenta Christiani petere possunt ex lege Hebræa, & quomodo?* R. 1. Quod eâ lege præcipitur, non esse contra jus naturæ. 2. Licere iis, nunc etiam, leges ferre ejus sensus, cujus sunt leges per Mosen latæ; nisi pertineant ad tempus Christi expectati; aut nisi Christus ipse constituerit contrarium.

CAP. II.

An bellare unquam justum sit?

Q. I. *An bellum juri naturæ repugnat?*
N. Nec primis naturæ, nec consequenti-

II. *Quæ sunt prima natura?* R. Instinctus illi naturales, per quos animal, simul atq; natum est, sibi ipsi conciliatur, & commendatur, ad conservandum se ipsum; ac diligendum statum suum, & omnia hunc statum conservantia: itidemque alienatur à sui interitu; ac omnibus iis quæ interitum adferre videntur.

III. *Quæ sunt consequentia?* R. Quæ post hæc cognita sequuntur; notio scilicet convenientiæ rerum cum ipsa ratione.

IV. *An inter prima natura reperitur aliquid bello repugnans?* N. Quin omnia potius ei favent: convenit enim belli finis, vitæ scilicet membrorumque conservatio; retentio item, aut acquisitio rerum ad vitam utilium.

V. *Verum an, ad eum obtinendum finem, si uti licet?* A. Si sit opus: hoc enim nihil habet à primis naturæ dissentaneum: & animantibus singulis à natura vires ideo datæ sunt, ut sibi tuendis, juvandisque, sufficiant.

VI. *An recta ratio, & natura societatis humana, omnem vim inhibent?* N. Quia societas eo tendit, ut suum cuique salvum sit, ope & conspiratione communi.

VII. *Sed sibi prospicere, & consulere, an hoc non contra societatem est?* N. Alieno nempe jure non sublato, nec violato: vis enim

enim ex tantum inhibetur quæ tollit jus alienum.

VIII. *An ex historia sacra probari potest non omne bellum adversari juri natura?*

A. Quia bellum Abrahami, pro Sodomitis gestum, licitum fuit, sine speciali mandato Dei; adeoque solo jure naturæ dictante.

IX. *An jure divino voluntario veteri bella sunt sublata?* N. Jus enim hoc Noë datum Abraham non ignorans bellavit: Moses, sine jussu speciali, arma opposuit Amalecitis à piis exercita fuere supplicia capitalia, in homicidas, aliosque facinorosos.

X. *An lege Evangelica?* N. Quoniam I. ad Tim. II. docetur gratum esse Deo ut reges fiant Christiani, regesque maneat, ac reliquis Christianis tranquillam præstent vitam: quæ vita tranquilla nequit sine gladio præstari; quem reges non gerunt frustra, sed nostro bono, vindices ad iram quibuscunque peccantibus, ad Rom. xiiij. 4. Johannes item baptista non iussit milites, viam salutis quærentes, abire militia: Paulus usus est præsidio militum, adversus Judæorum insidias: Cornelius centurio mansit miles.

XI. *Præcipimur tamen non resistere injurioso; percutienti maxillam præbere alteram; tunicam rapienti, pallium insuper dare; diligere inimicos?* R. His non tollitur vindicta publica,

publica, sed privata: sermones hi non sunt ad magistratus, sed privatos: non agitur de quacunque injuria, aut gravi; sed leviori, & alapæ simili: vetatur contendere iudicio propter tunicam, aliave facile recuperabilia. Non vero vetantur parentes, tutores, magistratus, defendere id, sine quo liberi, pupilli, subditi, sustineri nequeant; nec rectores in fontes animadvertere, & occidere; cum aliter cives tuti esse nequeant à prædonibus, ac latronibus.

XII. *An ab Ecclesia bella probata sunt?*

A. Militantes enim nunquam rejecti sunt à baptismo; neque excommunicati, aut ecclesia ejecti; imo multi martyribus adscripti leguntur.

CAP. III.

Belli partitio in publicum & privatum. Summi imperii explicatio.

- I. **Q**uomodo bellum primo dividendum? R. In publicum, privatum & mixtum.
- II. *Quid est publicum?* R. Quod geritur auctore eo qui habet jurisdictionem.
- III. *Quid privatum?* R. Quod geritur auctore jurisdictionem non habente.

IV. *Quid*

IV. *Quid mixtum?* R. Ex altera parte publicum, ex altera privatum.

V. *An bellum aliquod privatum est licitum?* A. Quia iusti & æquitati conveniens est injuriam à se arcere; etiam vi, si opus est.

VI. *Nonne vero, per constitutionem judiciorum, sublata est sese defendendi licentia?* N. Sed tantum restricta illa nimia, quæ ante judicia valebat.

VII. *Hec judicia an non sunt contra naturam?* N. Ipsa enim æquitas, & ratio naturalis, dicat honestius esse, & humanæ societati convenientius, res ab iis cognosci, quorum nihil interest; quam homines singulos id manu exequi, quod jus putant.

VIII. *Verum an non interdum cessant judicia?* A. Et quidem dupliciter, momentaneè vel continue.

IX. *Quando momentaneè?* R. Quando iudex non potest expectari, sine certissimo periculo, aut damno.

X. *Quomodo continue?* R. Jure vel facto.

XI. *Quando jure?* R. Cum quis versatur in locis non occupatis, mari, insula, aliisque; in quibus nulla civitas.

XII. *Quando facto?* R. Cum subditi non audiunt iudicem; vel cum iudex aperti rejicit cognitionem.

XIII. *Judicio igitur cessante, an bellum privatum*

privatum est licitum? A. Quia lex, vetans suum sine iudicio consoqui, locum habet ubi est iudicii copia.

XIV. *An id lege Hebraea probatur?* A. Quia Exod. xxii. 2. furis nocturni occisio conceditur.

XV. *An, per legem Evangelicam, eousque patientia à nobis exigitur, ut, privatim in periculum adducti, nos potius occidi permittere debeamus, quam aggressorem occidere?* N. Quia sciente, vidente, consentiente Christo Apostoli armati iter fecerunt.

XVI. *Dictum tamen; diligite proximum, sicut vos ipsos; ne resistite injurioso; ne rependite malum pro malo; Petroque prohibitum gladium stringere.* R. Non tamen ubi par malum imminet, vetamur nobis potius quam alteri consulere: nec damnatur iusta defensio; sed ulciscendi cupiditas; etiam in Petro, cui nec seipsum, nec socios, nec Christum defendere erat necesse.

XVII. *Quotuplex est bellum publicum?* R. Duplex, solenne, & minus solenne.

XVIII. *Quid solenne?* R. Quod geritur utrinque auctore eo qui in civitate summam habet potestatem; & cui ritus quidam adsunt solennes.

XIX. *Quid minus solenne?* R. Quod ritibus illis carere potest; & geri in privatos; & auctorem habere magistratum quemvis.

XX. *An omnis magistratus belli gerendi jus habet?* A. Si res spectetur extra leges civiles; ut scilicet plebem sibi creditam tueatur, & jurisdictionem exerceat.

XXI. *Quid de eo leges civiles?* R. Omnium populorum legibus cautum est, ne bellum geri possit; nisi summam in civitate potestatem habentis auctoritate: quia ex bello tota civitas in periculum venit.

XXII. *An igitur minori magistratui nunquam jus armorum?* R. Licet ei, qui jurisdictioni præest, per apparitores suos, vi cogere paucos imparentes; imo etiam majoribus uti copiis, si ita præsens sit periculum, ut tempus non ferat eum consuli, penes quem jus supremum.

XXIII. *Quæ sunt civilis potestatis?* R. Condere ac tollere leges, tam circa sacra (quatenus eorum cura ad civitatem pertinet) quam profana; subsunt ei pax, bellum, fœdera; vectigalia, quæque his similia; dominium eminentis in cives, & eorum res, bono publico; rerum inter singulos controversarum judicium; constitutio magistratum, aliorumque curatorum.

XXIV. *Quæ est summa potestas?* R. Cujus actus non subsunt juri alterius; sive cujus actus, alterius voluntatis humanæ arbitrio, irriti reddi nequeunt.

XXV. *Quid est subjectum talis potestatis?*

is ? R. Est commune, vel proprium
 XXVI. *Quid commune ?* R. Ipsa civitas.

XXVII. *Quinam hac potestate destituntur ?* R. Populi qui concesserunt in alterius populi ditionem : non enim sunt civitas per se, aut cætus perfectus ; sed membra tantum minus digna perfectæ civitatis.

XXVIII. *Si populi plures singuli perfectum cætum constituent, an eorum unum caput esse potest ?* A. Quia imperium, extincta demo regnatrice, ad singulos seorsim revertetur ; neque absurdum eandem personam, diverso modo consideratam, plurium, ac distinctorum, corporum moralium esse caput.

XXIX. *Si plures civitates, arctissimo fœdere, inter sese colligantur, an singule retinere summam potestatem possunt ?* A. Quamvis enim unum quasi corpus, & systema, faciant ; non tamen singulæ retinere, desinunt statum perfectæ civitatis.

XXX. *Quodnam est subiectum proprium summa potestatis ?* R. Persona, una, vel plures ; pro cuiusvis gentis legibus, ac moribus.

XXXI. *An ubique, & semper, summa potestas est penes populum ; ita ut reges ei coercere licent, ac punire ?* N. Quia populo
 sui

Sui juris licet se, uni aut pluribus, ita addicere; ut regendi sui jus in eum, vel eos plane transcribat; nulla ejus juris parte retenta: imo & bello acquiri potest jus regendi, non aliunde pendens.

XXXII. Cur vero populus totum illud jus à se abdicaret, ac alii traderet? R. Si, adductus in vitæ periculum, alia lege qui se defendat, reperire non potest: si, pressus inopia, alicor copiam habere nequeat, unde se sustentet: si sit eo ingenio, ut regere quam regi rectius norit: si is sit civitatis status, ut, sine unius imperio, salvus esse non posse videatur.

XXXIII. Jus regendi non aliunde pendens, an tantum convenit unius imperio? N. Idem enim jus est procerum, qui, exclusa plebe, civitatem regunt: & in omni Democratia aliqui à publicis deliberationibus ascendantur.

XXXIV. Quinam reges non subjiciuntur arbitrio populi etiam universim sumti? R. Qui imperium habent dominicum; ac subditorum vitæ, libertatis, & bonorum, domini sunt; subditosque suos ut servos regunt.

XXXV. Populus autem, regem constituens, an non constituto superior est? N. Talis enim constitutio, ut ab initio libera est voluntatis, ita postea necessitatis effectum habet.

XXXVI.

XXXVI. *Nonne omne regimen comparatum est eorum causa qui reguntur?* N. Domini enim in servos, & regis in bello devictos, est per se regentis causa, regimen maritale, mutuz utilitatis.

XXXVII. *Cum igitur, ut in imperiis plerisque, eorum qui reguntur, utilitas per se spectatur, an tunc non rege superior est populus; cum ei tanquam tutori subsit?* N. Quamvis enim tutela, & imperium, pupilli ac civium causa reperta sint; sunt ea tamen jura, ac potestates, in pupillos ac cives.

XXXVIII. *Tutor vero, rem pupillarem male administrans, amoveri potest?* R. Sed à judice superiore; quem cum rex non habeat mundanum, ejus peccata Deo curæ sunt; ea aut vindicanti, aut in pœnam, & explorationem, populi tolerant.

XXXIX. *An ex nomine & externa specie, de summa potestate judicandum?* N. Quia principatus, regni, alteriusve regiminis nomina sæpe confunduntur; sæpe diversa imperiorum genera significant: insignia quoque regiz majestatis, in civitatibus liberis, quandoque tribui principibus solent.

XI. *An discrimen summi imperii & summo minori petendum ex delatione imperii per electionem aut successionem?* N. Neque enim imperii majoris titulus est successio, for-

nam ei assignans; sed tantum veteris continuatione: qua idem jus, ab electione alicujus familiae ceptum, in eadem succedendo continuatur; adeoque tantum defert successio, quantum electio prima tribuit.

XLI. An summum imperium haberi potest jure temporario? A. Tali habuere dictatores; qui, intra suum tempus, actus exercebant omnes, eodem jure, quo ii qui optimo jure reges essent.

XLII. Quomodo jure usufructuario? R. Tali jure habetur à regibus proprie dictis: tam primo electis, quam his, ordine legitimo, succedentibus.

XLIII. An & pleno jure proprietatis? A. Ab iis qui, justo bello, imperium sibi acquisiverunt; aut in quorum ditionem, sine ulla exceptione, populus aliquis se dedidit.

XLIV. Quomodo vero imperia esse possunt in imperantis patrimonio; si liberi homines in commercio non sint? R. Sicut libertas personalis excludit dominium; ita libertas civilis regnum, aut aliam proprie dictam ditionem; & sicut, ob subjectiorem privatam, aliqui dicuntur esse non sui juris; ita & aliqui populi, ob subjectiorem publicam, suae potestatis non sunt.

XLV. Populi bello questiti, an Regi quasi dici possunt? A. Rex enim, ex privata sua substantia, exercitum aluisse potuit; aut

aut ex fructibus patrimonii, principatum sequentis : qui fructus etiam ipsius proprii sunt, quamvis in patrimonium illud non nisi usumfructum habeat.

XLVI. *An regis licet populum alienare?* R. Ei qui imperium jure proprietario habet, licet jus perpetuum cives regendi alienare: regnorum vero populi voluntate delatorum aliam esse rationem præsumitur.

XLVII. *Dum rex, etate aut, morbo, fungi potestate sua impeditur, quorum est tutela?* R. In regnis patrimonialibus, eorum quos pater, aut propinqui, elegerint; in aliis, eorum quibus lex publica; aut, ea deficiente, consensus populi eam mandat.

XLVIII. *Si imperaturus subditis, aut Deo, aliqua promittat, an eo summum desinit esse imperium?* N. Quamvis etiam ad imperii rationem pertineant: quia nec paterfamilias, nec maritus, familiae, aut uxori, aliquid promittentes, imperio tali privantur.

XLIX. *An summum imperium est divisibile?* A. Possunt enim unius imperii partes plures diversi tenere: potest populus, regem eligens, quosdam sibi reservare actus, aliosque regi pleno jure deferre.

L. *An partitio fit potestatis, cum reges acta quadam sua nolunt esse rata; nisi à senatu,*

natu aut alio aliquo catu, probentur? N. Talia enim acta, si rescindantur, ipsorum imperio rescindi intelliguntur: quia hoc modo ipsi sibi cavere voluerunt, ne quid pro vera eorum haberetur voluntate, quod fallaciter esset impetratum.

LI. An regnum immediate dividitur in plenum, & merum principatum? N. Quia inter hæc aliquot regnorum species interjectæ sunt; dum, vario modo, variæ regum potestates limitantur.

LII. Cum queritur de potestate ejus qui inæquali fœdere jungitur, quale hic fœdus intelligendum? R. quod, ex ipsa vi pactio- nis, prælationem quandam alteri donat manentem; hoc est, ubi quis operam dare tenetur, ut alterius imperium in tuto sit, eique majestas, aut dignitas, constet.

LIII. Rex igitur, aut populus, qui hoc inæquali fœdere tenetur, an summum habere potest imperium? A. Si liber maneat, nec alterius potestati subjiciatur.

LIV. An vero alter altero non est superior? A. Auctoritate scilicet, ac dignitate: non potestate; quia alter alterius potestati non subjicitur.

LV. Tali fœdere inferiores an sunt sub imperio, sub, & in, ditione, dignitate superioris? N. Sed tantum in parte, ac fide, & sub patrocínio; quod libertatem, cui sum-
mum

num adhæret imperium , non tollit.

LVI. *Si populi alicujus, aut regis fœderati subditi fecisse dicantur contra fœdus, quid à fœderato præstandum?* Tenetur punire qui nocuit; aut dedere ei cui est nocitum; ac operam dare ut illata damna refarciantur. Sed socio in socii subditum nullum est jus prehensionis, aut punitiois.

LVII. *Quid si ipsi populi, aut reges, accusentur?* R. Socio jus cogendi socium, ut stet fœderis legibus; ac, ni steterit, puniendi.

LVIII. *Si socii, qui in ejusdem populi, aut regis, fide sunt, litigent inter se?* R. In fœdere æquali, solent controversiæ deferri ad conventum sociorum, quos scilicet res non tangit; aut alioqui ad arbitros; aut etiam fœderis principem, tanquam communem arbitrum.

LIX. *Ad quos in fœdere inæquali?* R. Plerumque conveniri solet, ut controversiæ apud fœdere superiorem disceptentur.

LX. *Si subditi de eorum injuriis, in quorum potestate sunt, conquerantur?* R. in hac specie jus cognoscendi nullum est sociis.

LXI. *An summum habere possunt imperium, qui certum quid pensitant?* A. Sive id faciant ad redimendas injurias, sive ad tutelam comparandam; quanquam infirmitatis

tatis confessio aliquid de dignitate defibet.

LXII. *An qui nexu feudali vincuntur?* A. Nec enim obligatio personalis regi, aut populo, summi imperii jus demit; nec jus in rem summum esse definit.

LXIII. *Jus, & ejus usus, quomodo in imperiis distinguuntur?* R. Ut actus primus ab actu secundo; sic reges infantes, furiosi, captivi, jus quidem habent; sed non usum; nec enim exercere imperium possunt; quocirca, his casibus, curatores eis dantur.

CAP. IV.

De bello subditorum in superiores.

I. **Q**uam possunt bellum gerere? R. Privati in privatos; summum imperium habentes in eos qui itidem id habent; privati in eos qui imperio summo, at non in se, utuntur; qui summum imperium habent in privatos, sibi subditos, aut non subditos.

II. *An ab inferiori adversus summam potestatem, aut ejus auctoritate agentes, armilicite sumuntur?* N. Civili enim societate instituta, jus illud resistendi promiscuum
(natura

(natura licitum) est prohibitum; cum societas illa finem suum aliter non posset consequi.

III. *Quid de eo lex Hebraea?* R. Hac supplicio mortis damnatur qui inobediens fuerit, aut summo Pontifici, aut ei qui, extra ordinem, rector populi à Deo effectus constitutus. Deut. xvij. 12.

IV. *Item lex Evangelica?* R. Paulus ad Rom. xij. vult subjectionem, cum non resistantia: quia Deus ordinem illum imperandi, ut à se institutum, probat: & quia id nostro bono inservit, publicæ scilicet tranquillitati; in qua & singulorum comprehenditur.

V. *Quod si quando, nimia formidine, aut iracundia, aliisque affectibus, transversi agantur rectores, quo minus rectam ineant viam, qua ad tranquillitatem ducit?* R. Id inter minus frequentia habendum est, quæ interventu meliorum pensantur: satius autem est leges id respicere, quod plerumque accidit; utque in summa, & majori partem, profint; quam sine norma vivere, eamve cujuscunque permitti arbitrio.

VI. *An idem docet veterum Christianorum consuetudo?* A. Quanquam enim pessimi sæpe homines imperium Romanum tenuerunt; nec defuerunt qui, obtentu adjuvandæ reipublicæ, iis sese opponerent,

rent ; nunquam tamen eorum conatibus se adjunxerunt Christiani.

VII. *An vero magistratibus minoribus non est jus resistendi injuriis summarum potestatum?* N. Superiorum enim respectu, & ipsi privati sunt ; eorumque gubernandi facultas ita summæ potestati subjicitur, ut quicquid contra voluntatem summi imperantis faciant, id defectum sit ea facultate ; ac proinde pro actu privato habendum.

VIII. *Quid si grave sit ac certum periculum?* R. Indiscriminatim damnandi non sunt, aut singuli, aut pars populi minor, quæ ultimo necessitatis præsidio sic utitur, ut interim communis boni respectum non deserat.

IX. *An David peccabit, ad vim arcendam, armatos circum se habens?* N. Eos enim non adhibuit nisi postquam, Jonathanis indicio, & pluribus aliis argumentis certissimis, Saullem vitæ suæ imminere compererat : neque vero urbes invasit, nec pugnandi captavit occasiones ; sed latebras quærens varias, non tantum regis personæ pepercit, sed nec popularibus suis voluit nocere.

X. *An quantum Davidi licuit, licet etiam Christianis?* R. Ubi superiores, ob religionem, Christianis mortem intentant, Christi-

stus.

stus fugam concedit, iis quos officii necessitudo nulli loco allegat; extra fugam nihil.

XI. *An igitur nullo casu jus belli datur in regem, aut principem?* N. Qui enim principes sub populo sunt, si peccent in leges, ac rempublicam, non tantum vi repelli possunt; sed & puniri morte, si id opus.

XII. *An item in regem qui imperium abdicabit?* A. Quia, post id tempus, omnia licent in eum, quæ in privatum.

XIII. *Qui regnum alienat?* A. Ad impediendam traditionem; cum obstare possit populus, ne imperium habendi modus mutetur.

XIV. *Quis manifestè totius populi hostem se fert?* A. Voluntas enim imperandi cum voluntate perdendi simul nequeunt consistere.

XV. *Qui partem duntaxat imperii habet, pro ea parte qua ipsius non sit?* A. Quia cætenus imperium non habet.

XVI. *Si, in delatione imperii, resistendi libertas, certis casibus, reservata sit?* A. Revertenda enim semper est aliqua libertas naturalis, & exempta imperio regio.

XVII. *Invasori alieni imperii an parendum?* R. Quamdiu durat injuste possidendi causa, actus imperii quos exercet, vim habere

habere possunt obligandi; cum omnino probabile sit, eum, qui jus imperandi habet, id malle, interim rata esse quæ imperat, quam, legibus judiciisque sublatis, summam induci confusionem.

XVIII. *Si non sint ita necessaria; ac pertineant ad raptorem in iniqua possessione confirmandum?* R. Parendum non est, si sine gravi periculo, possit non pareri.

XIX. *Si bello injusto imperium arripuerit; neque pax ulla secuta sit, aut fides data; sed sola vi retineatur possessio?* R. Marenæ belli jus; ac proinde in eum licet, quod in hostem; quia quolibet etiam privato potest occidi.

XX. *Quomodo id licet ex lege antecedente?* R. Si ante in actionem lex publica extiterit, unicuique potestatem faciens occidendi eum, qui certum aliquod, sub aspectum cadens ausus fuerit.

XXI. *An item ex mandato jus imperandi habentis?* A. Sive is rex sit, sive senatus, sive populus; quibus & annumerandi regum puerorum tutores.

XXII. *In jure controverso quid privato faciendum?* R. Judicium sibi sumere non debet, sed sequi possessionem.

CAP. V.

Qui bellum licite gerant.

Qua belli causa principalis? R. Plerumque is cujus res agitur; in privato privatus; in publico potestas publica, maxime summa.

II. An quis est alieni juris vindex esse potest? A. Alteri enim prodesse, non licitum modo, sed & honestum est.

III. Quae sunt hominum inter se vincula, qua ad mutuam operam invitant? R. Diversa: nam & cognati ad opera ferendam coeunt; & vicini inclamantur; & qui ejusdem civitatis sunt participes.

IV. Hisce vero deficientibus? R. Sufficit humanae naturae communio: cum ab homine nihil humani sit alienum.

V. Quae sunt instrumenta? R. Quae ita agunt sua voluntate, ut ea voluntas ab altera pendeat: quale instrumentum est pater filius, domini servus, subditus imperantis: sunt enim eorum partes, hi quidem ex lege, iste naturaliter.

VI. An aliqui a bello prohibentur? N. Jure naturae: sed quosdam lex specialis arceat: quae tamen cum summae necessitatis exceptione est intelligenda.

*Institutionum Juris
Naturalis & Gentium
Liber secundus.*

C A. P. I.

*De bellicis causis, ac primum de de-
fensione sui, & rerum.*

I. **Q**uot sunt cause bellorum? R. Aliæ utiles, sub ratione utilis; aliæ justæ sub ratione justi, moventes.

II. *Quid dicendum de bellis, sine justa causa susceptis?* R. Ea injusta esse; sive privata fuerint, sive publica.

III. *Quæ est causa justa?* R. Injuria nulla alia.

IV. *Quot sint belli fontes?* R. Totidem quot actionum forensium: nam ubi deficiunt judicia, bellum incipit.

V. *Quotuplices dantur actiones?* R. Ob injuriam nondum factam, aut ob factam.

VI. *Quomodo ob nondum factam?* R. Cum petitur cautio de non offendendo; item damni infecti: & interdicta alia nevis fiat.

VII. *Quomodo dantur actiones ob injuriam:*

riam factam? R. Aut ut reparetur, aut ut puniatur.

VIII. *Quomodo ut reparetur?* R. Quod reparandum venit aut spectat id quod nostrum est, vel fuit; unde vindicationes, & conditiones quædam: aut id quod nobis debetur.

IX. *Quomodo nobis debetur?* R. Sive ex pactione; sive ex maleficio; sive ex lege: quo referenda quæ ex quasi contractu, & quasi maleficio, dicuntur; ex quibus capitibus nascuntur conditiones cæteræ.

X. *Quomodo datur actio ob injuriam factam, ut puniatur?* R. Factum, ut puniendum, parit accusationem, & judicia publica.

XI. *Qua igitur est prima causa justæ belli?* R. Injuria nondum facta; quæ petit aut corpus, aut rem.

XII. *Quomodo justæ belli causa est corporis defensio?* R. Si impetatur vi præsentem periculo vitæ, non aliter vitabili etiam cum interfectione periculum inferentis.

XIII. *An hoc jus defensionis oritur ex iniustitia, aut peccato ejus unde periculum est?* R. Per se, ac primario; nascitur ex eo quod natura quemque sibi commendat.

XIV. *Siquis bona fide mittet, sive mallet alium quam sim, sive agitetur insani*

aut in fornicis, an tollitur jus ei resistendi? N.
 Etiam si periculum inferens peccato ca-
 reat; sufficit enim quod ego non teneor
 id pati, quod ille intentat; non magis
 quam si aliena bestia periculum intenta-
 ret.

XV. *An & innocentes, qui interpositi im-
 pediant defensionem, aut fugam (sine qua
 evadi mors non potest) transfodi aut obteri
 possunt? A.* Si solam naturam spectemus;
 cum apud hanc minor sit respectus socie-
 tatis, quam cura propriæ salutis: non lego
 Evangelica, quæ alterum nobis æquat.

XVI. *An in vera defensione homo occidi-
 tur ex intentione? N.* Quia mors illa hic
 non eligitur, ut aliquid primario inten-
 tum, sicut in punitione judiciali; sed ut
 unicum quod eo tempore suppetit.

XVII. *Sed an impetitus hoc non volens
 facit? A.* Sed tamen (etiam illo tempore
 quo hoc facit) debet malle tale aliquid fa-
 cere, quo alter absterreatur, aut debilitetur,
 quantum quo intereat.

XVIII. *An igitur destinato non licet quem
 occidere? R.* Interdum licet destinato id
 facere, unde mors aggressoris sit secutura,
 si alia ratio salutis non suppetat.

XIX. *Quale hic periculum requiritur? R.*
 Præsens, & quasi in puncto.

XX. *Quid si insultator arma arripiat, an
 facinus*

facinus occidari non potest? R. Non potest ob metum qualemeunque; sed si appareat eum id facere occidendi animo: nam in moralibus punctum non invenitur sine aliqua latitudine.

XXI. *Quod si quis vim non jam presentem intentet, sed compertus sit conjurasse, aut insidiari; si venenum struere; si molir? falsam accusationem, falsum testimonium, judicium iniquum?* R. Hic non potest interfici, si aut aliter evadi periculum potest, aut non satis certum est, aliter evadi non posse: plerumque enim interposita temporis mora, ad multa remedia, ad multos etiam casus, patet.

XXII. *Quid dicendum de periculo mutilationis membri?* R. Periculum intencans occidi potest, si aliter vitari nequeat quia damnum membri, praesertim è principis grave est, & vitæ quasi æquiparabile: adde quod vix sciri queat, an non post se trahat mortis periculum.

XXIII. *An idem licet pro pudicitia?* A. Quia communis aestimatio, & lex divina, pudicitiam vitæ adæquant.

XXIV. *An occidi sit laudabilius, quam occidere, etiam respectu personæ multæ utilis?* A. Nisi ejus officium sit vim arcere ab aliis, quales sunt focii itineris, ea lege contracti, & Rectores publici.

XXV. *An*

XXV. *An evenire potest ut invasor occidi nequeat, sine peccato?* R. Affirmat hoc lex divina, si vita ejus multis sit utilis: imò & lex naturæ, ex præcepto caritatis; lex enim hæc non ea tantum spectat, quæ dicitur justitia expletrix; sed in se etiam continet prudentiæ, fortitudinis, aliarumque virtutum actus, in certis circumstantiis, honestos, ac debitos.

XXVI. *Si cui periculum imminet accipiendæ alapæ, aut mali similis, an ei jus est id arcendi, cum cede inimici?* A. Si respiciatur mera justitia expletrix: quanquam enim mors & alapa sint inæqualia; tamen, quia parat me afficere injuria, is mihi eo ipso jus dat, adversus se, in infinitum; quatenus malum illud aliter à me arcere nequeo.

XXVII. *An idem licet lege Evangelicæ?* N. Christus enim jubet alteram alapam accipere potius, quam adversario nocere.

XXVIII. *Si fugiat is qui impegit alapam, an ad honorem recuperandum licet eum occidere?* N. Honor est opinio de excellentia; et talem ferens injuriam ostendit se excellenter patientem; eoque honorem auget magis, quam minuit.

XXIX. *An jure divino licita est defensio cum interfectione; etiamsi quis fugere possit*

fit sine periculo? N. Fuga non est vere ignominiosa, sapienti; sed stulte id opinantibus.

XXX. *Si quis aliqua de nobis dixerit, qua eredita nostram existimationem apud bonos delibarent, an occidi potest?* N. Quia interfectio ista non est modus aptus ad tuendam existimationem.

XXXI. *An jure natura ad res nostras conservandas raptor potest interfici, si ita opus sit?* A. Nam quæ inter rem & vitam est inæqualitas, ea compensatur favore innocentis, & raptoris odio.

XXXII. *An huic non obstat caritas?* R. Non obstat per modum præcepti; nisi res sit quæ minimum valeat, ac propterea contemni mereatur.

XXXIII. *Quid de eo lex Hebræa?* R. Prohibet aliquem directe rerum causa interficere, adeoque fugientem telo prostertere, ut res recuperetur.

XXXIV. *Quid igitur licet?* R. Si in periculum vitæ adducar, licet mihi id avertere, cum periculo vitæ alienæ.

XXXV. *Sed si ipse me in discrimen adduxerim, dum rem meam cupio retinere, aut occupatam extorquere, aut furem capere?* R. Nihil obstat: in his enim nihil mihi potest imputari; qui verser in actu licito; nec cuiquam faciam injuriam; cum utar meo jure.

XXXVI.

XXXVI. *Quomodo fur nocturnus occidi potest?* R. Si repertus fuerit, cum aliquo instrumento, quo nocere possit.

XXXVII. *An quia noctu discerni nequeat, fur ne sit an sicarius; an quod noctu res minus videantur posse recuperari, quia fur ignotus sit?* N. Sed quia noctu vix est copia testium adhibendorum; atque ideo si fur occisus reperiatur, facilius creditur dicenti, furem à se interemptum, vitæ tuendæ causa.

XXXVIII. *Quid si testes adfuerint, ex quibus constet interfectorem non fuisse adductum in vitæ periculum?* R. Ista præsumptio necessariæ defensionis cessabit; ac proinde is qui occidit homicidii tenebitur.

XXXIX. *Quid de lege Evangelicæ dicendum?* R. Vult rem esse omittendam, si servari nequeat, sine periculo cædis faciendæ; nisi forte talis aliqua res sit, ex qua vita nostra, & familiæ nostræ, dependeant, quæ non possit iudicio recuperari.

XL. *An civilis, permittens furem interfici à privato, id ab omni culpa liberum præstat?* R. Tollit pœnam; sed non dat jus: quia lex non habet jus necis in omnes cives, ex quo vis delicto; sed demum ex delicto tam gravi, ut mortem mereatur.

XLI. *Quomodo à privatis licite suscipi potest?*

potest singularis dimicatio? R. Si inuasor concedat alteri licentiam dimicandi, alioqui eum occisurus sine dimicatione.

XLII. An item si Magistratus duos mortem meritos inter se committat? A. Quia licet illis spem salutis arripere.

XLIII. Verum an is magistratus non peccat? A. Satius enim est forte moriturum eligi, si supplicium unius sufficiat.

XLIV. Quomodo hac ad bellum publicum aptanda? R. Habita aliqua diversitatis ratione: cum enim in privato jus sit momentaneum, cessans ubi copia est iudicii; publicum tractum habet, & perpetuo fovetur accedentibus novis injuriis; quia non oritur nisi ubi non sunt, aut cessant iudicia: præterea in privato ferme defensio mera consideratur, cum publica etiam habeat jus ulciscendi.

XLV. An jure gentium arma rectè sumuntur, ad imminuendam potentiam crescentem, qua nimium aucta nocere possit? N. Posse enim vim pati non potest tribuere jus ad vim inferendam.

XLVI. An juste defenduntur bellum promeriti? N. Sed qui peccavit, primum debet offerre satisfactionem ei quem læsit, viri boni arbitrati; qua rejecta, pia deum erunt arma.

CAP. II.

*De his qua hominibus communi-
ter competunt.*

I. **Q**uot modis aliquid nostrum est? R. Aliud communi hominum jure, aliud nostro singulari.

II. *Quotuplex est jus hominibus commune?* R. Aut directe est in rem corporalem, aut ad actus aliquos.

III. *Res corporales quotuplices sunt?* R. Aut vacuæ sunt à proprietate, aut jam aliquorum propriæ.

IV. *Quæ sunt vacuæ à proprietate?* R. Aliæ tales sunt ut propriæ fieri nequeant, aliæ ut possint.

V. *Res in principio fuerunt ne alicui propriæ, an omnibus communes?* R. Statim à mundo condito, atque iterum post diluuium reparato, Deus humano generi generaliter contulit jus in res hujus inferioris naturæ; quo factum, ut statim quisque hominum ad suos usus arripere posset, quod vellet, & consumere quæ consumi poterant.

VI. *An non erat quedam proprietatis?* R. Talis usus juris universalis erat vice proprietas: -
- proprietatis:

prietatis: quod enim quisque sic arripuerat, id alter ei eripere non poterat, nisi per injuriam: postea vero diversa studia, artes, rerum distributiones, ac dominia orta sunt; ita ut terræ etiam ipsæ, non in gentes modo, sed & in familias, dividerentur.

VII. *An solo actu animi res in proprietatem iverunt?* N. Sed pacto quodam, expresso, per divisionem; aut tacito, per occupationem: simulatque enim displiceret communio, nec divisio esset instituta, censei debet inter omnes convenisse, ut quisque id haberet proprium quod occupasset.

VIII. *Mare sumtum sub ratione integri, aut sub ratione precipuarum partium, an abire potest in jus proprium?* N. Quia cessat hic causa ob quam à communione discessum est: cum magnitudo maris ad usum omnibus populis sufficiat.

IX. *An assignari potest alia ratio?* A. Quia occupatio non procedit nisi in re terminata; adeoq; liquida, cum per se non terminentur, occupari nequeunt, nisi ut contenta in re alia; mare vero à terra contineri nequit.

X. *Quæ sunt ea quæ propria fieri possunt, sed nondum facta sunt?* R. Talia sunt loca multa inculta adhuc, insulæ in mari, feræ, pisces, aves.

XI. *Cum*

XI. *Cum jure natura, & gentium, liberum sit feras, pisces, aves, Venari, an hoc lege civili prohiberi potest, ab eo qui imperium habet in terras & aquas?* A. Quia lex civilis potest libertatem naturalem circumscribere, & vetare quod naturaliter licebat.

XII. *An aliquod jus communiter hominibus competit in eas res, quae iam facta sunt aliquorum propria?* A. Non enim proprietate penitus absorpsit jus illud omne, quod nascebatur ex communi rerum statu; ut non, in gravissima necessitate, revivisceret jus illud pristinum rebus utendi, tanquam si communes mansissent; cum in omni lege summa necessitas excipiatur.

XIII. *Quomodo?* R. Lege naturae introducta, at lege civili exposita sunt, si quando cibaria deficiunt in navigatione, tum in commune conferri debere quod quisque habet: defendendi mei causa, orto incendio, me dissipare posse aedificium vicini: & funes aut retia discindere, in qua navis mea impulsus est.

XIV. *Si quis aliunde sumat quod ad vitam suam necessarium est, an furtum committit?* N. Quia res omnes propriae factae videntur, cum juris primitivi benigna receptione.

XV. *An hoc sine cautione intelligendum?* N. Sed

N. Sed omni modo primum tentandum, an alia ratione necessitas evadi possit; puta magistratum adeundo, aut videndo an rei usus a domino possit precibus obtineri.

XVI. *Quid si ipse possessor pari necessitate teneatur?* R. In pari causa melior est conditio possidentis.

XVII. *An facienda restitutio?* A. Ubi fieri poterit: quia hic quidem jus fuit utendi, non vero plenum; at restrictum cum onere restituendi, ubi necessitas cessaret.

XVIII. *Quomodo bellum pium gerenti licet occupare locum qui situs sit in solo pacato?* R. Si certum sit periculum (non imaginarium) ne hostis eum locum invadat, & inde det damna irreparabilia: si nuda tantum loci custodia sumatur, jurisdictione, & fructibus, vero domino relictis: si id fiat animo custodiæ reddendæ, simulac illa necessitas cessaverit.

XIX. *Quomodo post dominia, ex veteri communione, restat jus utilitatis innocua?* R. Ita ut alimenta perdere non liceat, ubi ipsi plus satis habemus: nec fontem obturare aut occultare, postquam inde quantum libet potaverimus, &c.

XX. *Flumen estne commune, an proprium?* R. Quia flumen dicitur, est proprium, ejus populi cujus intra fines fluit; vel

vel ejus in cujus ditione est populus; ita ut in flumine nascentia ejus sint, eidemque liceat molem in flumen injicere: sed qua aqua profluens, commune mansit, ut bibi possit ac hauriri.

XXI. *An terra & flumina, & si qua pars maris in alicujus populi proprietatem venit, patere debent his qui transitu opus habent ad causas justas?* A. Quia dominii auctores censendi sunt voluisse dominium, cum receptione talis usus qui prodesset his, illis non noceret.

XXII. *An licet negare transitum, metu multitudinis transeuntium; aut metu ab eo in quem transiens bellum justum movet?* N. Quia jus meum tuo metu non tollitur; ac varii sunt cavendi modi.

XXIII. *Si transire volens injustum bellum moveat; sive hostes meos secum ducat?* R. Negare transitum potero: nam & in suo ipsius solo ei occurrere, atque iter impedire, fas esset.

XXIV. *An etiam mercibus transitus debetur?* A. Nemini enim jus est impediendi, quo minus quæque gens commercium colat cum quacunque gente seposita; id enim permitti interest societatis humanæ.

XXV. *An ita transeuntibus mercibus, terra, amne, aut parte maris, qua terra accessio*

ressio dici possit, Vectigalia imponi possunt ab eo, qui in terra imperium habet? N. Si onera nullum habent respectum ad illas merces: sed si, aut ad præstandam securitatem mercibus, aut inter cætera etiam ob hoc, onera sustinentur; ad ea compensanda vectigal aliquod imponi mercibus potest, dum modus causæ non excedatur; inde enim tributi & vectigalis justitia pendet.

XXVI. An licere debet prætereuntibus aut prætereuntibus, aliquantisper morari valetudinis, aut alia qua de causa? A. Nam est & hoc inter utilitates innocuas.

XXVII. An externis, qui sedibus suis expulsi receptum quarunt, perpetua habitatio concedenda est? A. Dum subeant imperium quod constitutum est, & quæ alia ad vitandas seditiones sunt necessaria.

XXVIII. An desertum ac sterile solum advenis postulantis concedendum? A. Quia occupatum non censetur quod non excolitur.

XXIX. Quotuplex est jus commune ad actum? R. Aut simpliciter, aut ex suppositione: simpliciter, ad tales actus quibus comparantur ea, sine quibus vita commode duci nequit.

XXX. *An jus est omnibus hominibus ad hac comparanda æquo pretio?* A. Si ipsi, à quibus petitur, non indigeant.

XXXI. *An æquum jus est ad sua vendenda?* N. Quia cuique liberum est statuerere quid velit acquirere aut non.

XXXII. *An in hoc jure etiam inest libertas ambiendi, & contrahendi, matrimonii apud vicinas gentes?* A. Si virorum populus aliunde expulsus alio advenerit: quia sine fœmina ætatem agere plerorumque hominum naturæ repugnat; adeoque facultas uxores comparandi viris adimi non debet.

XXXIII. *Quid est jus commune ad actus, ex suppositione?* R. Ad eos, quos populus aliquis externis promiscue permittit, tanquam ex vi naturalis libertatis: sic uni populo negari non potest, quod extæris licet promiscue.

XXXIV. *An populo alicui licet cum alio populo pacifice, ut is populus sibi soli vendat certos fructus, qui alibi non nascuntur?* A. Si emtor paratus sit eos alijs vendere æquo pretio: nam aliorum non interest, à quo emanant quæ desiderant.

CAP. III.

*De acquisitione originaria rerum,
ubi de mari & fluminibus.*

Quot modis aliquid nostrum fit singulari jure? R. Acquisitione originaria aut derivativa: illa olim etiam fieri potuit per divisionem, cum genus humanum coire posset; nunc tantum per occupationem.

II. *Qua occupari possunt?* R. Proprie quæ nullius sunt; inque his imperium & dominium, quatenus ab imperio distinguitur.

III. *Qua sunt materia subjacentes imperio?* R. Primaria, sive persona; & secundaria, sive locus, qui territorium dicitur.

IV. *An dominium tantum datur in acquisitione utitur?* A. Si solum jus naturæ spectatur; sed ob utilitatem communem, jus gentium introduxit, ut & infantes, & furiosi, dominia possint accipere & retinere; personam illorum interim quasi sustinente humano genere.

V. *An flumina occupari poterunt?* A.

Quamquam nec supra, nec infra, includatur territorio: sed cohærent cum aqua superiori, & inferiori, aut cum mari: quia sufficit majorem partem, id est latera, clausam esse ripis; & flumen esse quid exiguum, comparatione terrarum.

VI. *An mare potuit occupari?* A. Ab eo qui terras ad latus utrumque possidet; etiamsi aut supra pateat, ut sinus; aut supra & infra, ut fretum; dum modo non ita magna sit pars maris, ut cum terris comparata, videri non possit earum portio.

VII. *An occupari potest à pluribus?* A. Si duo, vel plures, mare interstitum pariter occupare voluerint: quod enim uni populo aut regi licet, idem licere videtur duobus & pluribus: nam sic occupata sunt, ac deinde divisa, flumina quæ duos populos interluunt.

VIII. *An à populis occupatum est?* R. In partibus cognitis Romano Imperio, à primis temporibus ad Justinianum usque; juris gentium fuit, ne mare à populis occuparetur; etiam quod jus piscandi attinet.

IX. *An ex ratione naturalis provenit, quod mare eo sensu non sit occupatum, aut non potuerit jure occupari?* N. Sed ex instituto: quia non repugnat juri naturæ, ut portio maris, inclusa littoribus, fiat ejus eorumve, quorumve sunt littora.

X. Si

X. *Si quibus in locis jam illud gentium de mari receptum non esset, aut sublatum, an mare colligi posset occupatum, ex eo solo quod populus terras occupavit?* N. Quia non sufficit actus animi; sed actu externo est opus, unde occupatio possit intelligi: & si possessio, ex occupatione nata, omittatur, mare redit ad veterem naturam, id est usum communem.

XI. *Qui mare occupavit, an potest impedire navigationem inertem, & innoxiam?* N. Cum nec per terram talis transitus prohiberi possit; qui minus solet esse necessarius, & magis noxius.

XII. *Quid de solo imperio dicendum?* R. Facilius potuit procedere, ut solum imperium in maris partem occuparetur, sine alia proprietate: neque jus gentium obstat.

XIII. *Quomodo acquiritur imperium in maris partem?* R. Eadem ratione quae alia imperia; ratione personarum, & ratione territorii: illa, si aliquo in loco maris se habeat classis, qui maritimus est exercitus: ratione territorii, quatenus ex terra cogi possunt, qui in proxima maris parte versantur, nec minus quam si in ipsa terra reperirentur.

XIV. *Quomodo vectigal aequum imponi potest navigantibus?* R. Quando quis in se recipit

cipit onus thiendæ navigationis, juvandæ-
que per ignes nocturnos, & brevium si-
gna.

XV. *Cum populus alter alteri populo se obstringit, ne ultra certum terminum navi- get, an hac docent occupationem maris, aut juris navigandi?* N. Populi enim pactis pos- sunt decedere de jure, quod proprie sibi competit, & quod cum omnibus homini- bus commune habent, in gratiam ejus cu- jus interest.

XVI. *Quot sunt agrorum genera?* R. Tria, divisum & assignatum, quod manu factos limites habet pro finibus; assigna- tum per universitatem, sive mensura com- prehensum, puta per centurias ac jugera; & arcifinium, fines habens arcendis hosti- bus idoneos, id est naturales, ut flumina & montes.

XVII. *Cum flumen cursum mutat, an simul imperii terminus mutatur? & an quæ flumen adiecit cedunt in quibus adjecta sunt?* R. In duobus primis agrorum generibus nihil de territorio mutatur, etiamsi flumen cursum mutet; & si quid alluvio adiecit, ad occupantium imperio accedet.

XVIII. *Qua ratio in arcifiniis?* R. Flu- men mutato paulatim cursu, mutat & fi- nes territorii; & quicquid parti alteri ad- jecit, sub ejus imperio est, cui adjectum est:

est: quia eo animo populus uterque imperium occupasse primitus creditur, ut flumen sua medietate eos dirimeret, tanquam naturalis terminus.

XIX. *Quid si alveum mutaverit amnis?*
 R. Hoc non habebit locum: nam flumen, etiam qua imperia disternat, non consideratur nude qua aqua; sed qua alveo tali fluens, ripisque talibus inclusa: at deserto alveo veteri, non est idem quod fuit ante: & sicut, si flumen exaruisset, imperii terminus maneret medietas alvei, qui proxime fuisset, ita mutato alveo idem observandum.

XX. *An flumen totum uni parti potest accedere?* A. Si ripæ alterius imperium cœperit serius, & occupato jam flumine; aut si eum in modum res pactionibus sit definita.

XXI. *Quomodo datur originaria acquisitio rerum earum, qua dominum habuerant, sed habere desierunt?* R. Si derelictæ sint, aut domini defecerint; quia hæc redierunt in eum statum in quo primum res fuerant.

CAP. IV.

De derelictione presumpta, & eam secuta occupatione: & quid ab usucapione & prescriptione differat.

I. **Q**uomodo aliquid derelictum intelligitur? R. Verbis, factis, & non factis. Verbis, quibus actus animi rem abdicantis sufficienter indicantur.

II. *Quomodo factis?* R. Si aliquid abjiciatur; nisi ea sit rei circumstantia, ut censeretur abjectum temporis causa, & requirendi animo.

III. *Quomodo non factis?* R. Ut consentire videatur, qui sciens & presens tacet; nisi circumstantiæ ostendant eum metu, vel alio casu, impediri, quominus loquatur.

IV. *An quirem suam scit ab alio teneri, nec quicquam contradicit multo tempore?* A. Quia is tacuisse videtur, ideo quod eam rem amplius esse nollet in suarum rerum numero; nisi alia causa manifeste appareat.

V. *Quarequiruntur ut silentium valeat ad presumendam derelictionem?* R. Ut silentium

tium fit scientis, & ut fit libere volentis: nam agere nescientis, est non agere; ideoque caret effectu; & voluntatis conjectura cessat, ubi apparet causa alia.

VI. *Qua hic habetur ratio temporis? R.* magna: quia fieri vix potest, ut multo tempore ad alicujus notitiam nullo modo perveniat res ad aliquem pertinens: sed tamen ad hanc conjecturam, minus tempus sufficit inter præsentes, quam inter absentes.

VII. *Tempus excedens memoriam an sufficit ad rei develicta conjecturam? A.* Nisi validissimæ rationes sint in contrarium: quia tale tempus est moraliter infinitum.

VIII. *Non credendum tamen homines jactare quod suum est; adeoque ad eam conjecturam non videntur sufficere actus negativi, etiam cum magno temporis spatio? R.* Sed credibile non est aliquem, longo tempore, nullam plane significationem idoneam e-dere ejus rei, quam vult esse suam.

IX. *Imperium vero quis non facile relinquit? R.* At imperia tandem aliquando constitui in certo, & extra controversiæ aleam humanæ societatis interest; adeoque conjecturæ, hanc adjuvantes, favorabiles putandæ sunt.

X. *An hæc res est posita in sola præsumptione? N.* Sed jure gentium voluntario in-

producta est hæc lex, ut possessio memoriam excedens, nec interrupta, nec interpellata provocatione ad arbitrum, dominium omnino transferret.

XI. *An nondum natus jus suum tacite potest decedere tali derelictione?* R. Nullum est jus ejus qui nondum natus est: adeoque, mutata populi voluntate, jus imperandi potest ab alio occupari, ut derelictum.

XII. *An regi adversus regem, & populo libero adversus populum liberum, jus acquiri potest apprehensione?* A. Non tantum expresso consensu, sed & derelictione; quam apprehensio sequitur, & ex qua vim novam capit.

XIII. *An alicujus populi & rex amittere potest regnum, & populo subici?* A. Sic etiam qui revera non est rex, sed princeps tantum, potest fieri rex cum summo imperio; & summum imperium dividi inter populum & regem, quod antea penes alterutrum insolitum erat.

XIV. *Vnde lex de usucapione, aut præscriptione, condita ab eo qui habet summum imperium, pertinet etiam ad ipsum jus imperii, & partes ejus necessarias?* N. Quia is nec potest se obligare, per modum legis, ut superioris; nec præsumitur voluisse.

XV. *An in imperii delatione, populus potest exprimere voluntatem suam, quo modo*

ac

de tempore imperium amitti posset, non utendo? A. Et hæc voluntas non posset infringi à rége, etiam summum imperium obtinente: quia hoc non pertineret ad imperium ipsum, sed ad ejus habendi modum.

XVI. *An non tamen aliqua subjacent cujusque populi legibus civilibus, de usucapione & prescriptione factis?* A. Ea quæ non sunt de natura summi imperii; nec ad eam pertinent, ut proprietates naturales; sed ab ea separari possunt naturaliter, aut cum aliis communicari.

XVII. *An subditis licet se semper vindicare in libertatem, cum possunt?* N. Etiam imperia, vi parta primum, possunt accipere firmum jus, ex tacita voluntate; & voluntas potest jus dare, quod in posterum à voluntate non pendeat.

CAP. V.

De acquisitione originaria juris in personas, jure parentum, matrimonii, collegiis, jure in subditos ac servos.

- I. **Q**uomodo jus acquiritur in personas?
 R. Originarie ex generatione, consensu, & delicto.

II. *Quomodo generatione?* R. Hac utri-
que parenti, patri ac matri, jus acquiritur
in liberos.

III. *Quid si contendant inter se imperia?*
R. Patris imperium præfertur; ob sexus
præstantiam.

IV. *Qua tempora in liberis distinguenda?*
R. Tria: primum est tempus infantia, sive
imperfecti iudicii; secundum, iudicii per-
fecti, sed dum filius pars manet familiae;
tertium, postquam ex ea familia excessit.

V. *In primo tempore quale jus parentum
in liberos?* R. Omnes liberorum actiones
sunt parentum dominio: cum enim re-
gere se nesciant, regendi sunt à parentibus:
quia alius naturaliter inveniri nequit, cui
regimen competat.

VI. *An eo tempore filius, aut filia, capax
est dominii in res?* A. Et actu primo; sed
exercitium impeditur, ob imperfectionem
iudicii.

VII. *In secundo tempore quanam actio-
nes subsunt imperio parentum?* R. Ex quæ
aliquid momenti habent ad statum fami-
liæ paternæ, aut maternæ: in cæteris au-
tem actionibus liberi habent facultatem
moralem agendi, ita tamen ut semper stu-
deant parentibus placere.

VIII. *Si quid contra sit factum, an non
est irritum?* N. quia hoc debitum non est

ex vi facultatis moralis; sed ex pietate, observantia, & gratiæ rependendæ officio.

IX. *An in utroque tempore complectitur etiam jus coercendi?* A. Quatenus liberi ad officium cogendi sunt, aut emendandi.

X. *An pater potest filium oppignorare, & vendere?* A. Si necesse sit, nec suppetat alia ratio eum alendi: quia natura jus dat ad omne id, sine quo obtineri non potest quod ipsa imperat.

XI. *In tertio tempore filium an est sui juris in omnibus?* A. Semper tamen manente pietatis & observantiæ debito, cujus causa est perpetua.

XII. *Qua alia potestas parentum in liberos?* R. Quicquid est extra hæc, id est à lege voluntaria, quæ alibi est alia.

XIII. *Quomodo jus in personæ oritur ex consensu?* R. Illud venit aut ex consociatione, aut ex subjectione: maxime autem naturalis consociatio apparet in conjugio.

XIV. *An hic imperium est commune?* N. Sed maritus est caput uxoris, in rebus conjugii & familiæ; nam uxor fit pars familiæ maritalis.

XV. *Quid est de natura conjugii?* R. Naturaliter est talis cohabitatio maris cum femina, quæ feminam constituit quasi sub oculis, & custodia maris.

XVI. *Quid*

XVI. *Quid huic accedit in homine?* R. Fides, qua conjuges invicem obstringuntur: alia legibus positivis varie exiguntur.

XVII. *An consensus parentum naturaliter requiritur ad validitatem conjugii?* N. Quia uxorem ducens & maturæ debet esse ætatis, & extra familiam abit; ita ut in hac re non subjiciatur regimini familiari.

XVIII. *Nonne officio filiorum conveniens est, ut parentum consensus impetretur?* A. Nisi manifeste iniqua sit parentum voluntas: si enim filii parentibus debent reverentiam in omnibus, certe eam debent in eo negotio, quod ad gentem totam pertinet, non tamen hæc filio jus adimunt, ejusve actum efficiunt nullum.

XIX. *Conjugium cum alterius uxore, aut marito estne irritum?* A. Quia & facultas moralis deest, sublata per prius matrimonium; & omnis effectus est vitiosus: singuli enim actus habent contractationem rei alienæ.

XX. *An illicita sunt matrimonia parentum, cujuscunque gradus, cum liberis?* A. Quia non potest ea reverentia præstari, quam naturæ exigit: conjugium enim talem societatem inducit, quæ excludat necessitudinis reverentiam.

XXI. *An item sunt irrita?* A. Quia vitium

rum perpetuo adhæret effectui.

XXII. *Quomodo prohibiti sunt gradus sanguinis, & affinitatis, Levit. xvij. expressi?* R. Hæc interdicta, non quidem veniunt à mero jure naturæ; videntur tamen ivisse in vetitum, præcepto divinæ voluntatis.

XXIII. *Præceptum hoc an solos Hebræos obstringit?* N. Sed homines universos: quia dicitur omnibus istis populos esse pollutos; & propterea quoque terram pollutam.

XXIV. *Quare hæc matrimonia vetita?* R. Quia naturalis verecundia non finit misceri ortus auctores cum sua sobole; aut in se ipsis, aut etiam per personas sanguine, vel nuptiali commixtione sanguinis, proxime cohærentes: item ne quarundam personarum convictus nimis quotidianus, atque inobservatus, daret occasionem stupris & adulteriis; si tales amores possent conglutinari nuptiis.

XXV. *Lex de non ducendis affinibus re-
cti gradus, & sororibus, est ne perpetua, &
hominibus communis?* A. Ex quo multiplicari captum est genus humanum: quia nititur honestate naturali.

XXVI. *An vera sunt conjugia inter civem & peregrinam, senatorem & libertam, servum & ancillam, liberum & servam?* A.

Quia

Quia in his ad ipsam conjugii naturam nihil deest.

XXVII. *Si lex humana conjugia inter certas personas contrahi prohibeat, an matrimonium re ipsa contractum erit irritum?* N. Prohibitio vim quidem suam potest exercere per pœnam, expressam, vel arbitriam; sed factum non rescindetur.

XXVIII. *Quæ sunt alia confociationes?* R. Privatæ vel publicæ: & hæc quidem aut in populum, aut ex populis.

XXIX. *Qualis in his est obligatio?* R. Universitas, & ejus pars major, nomine universitatis, obligant singulos qui sunt in societate; in iis rebus ob quas confociatio quæque est instituta: alias enim negotia nulla possent expediri.

XXX. *Quod si pares sint sententia?* R. Nihil agetur: quia ad mutationem non satis momenti est.

XXXI. *Quomodo conjungenda; aut dividenda, sententia?* R. Ex jure naturæ, illæ sententiæ, quarum altera partem alterius continet, conjungendæ sunt, in eo quo conveniunt: non vero illæ, quæ totis rebus differunt.

XXXII. *Si qui absentia, aut aliter impediti jure suo uti non possunt?* R. Eorum jus accrescit præsentibus.

XXXIII. *Quinam est ordo naturalis in-*

367

ter socios? R. Prout quisque in societatem venit.

XXXIV. *Quid sit societas habet fundamentum in re, quam non aqualiter omnes participant?* R. Tunc non tantum ordo sumendus est, ex modo participationis; sed & sententiæ æstimandæ sunt, ad eum modum, & proportionem mensoria.

XXXV. *Consociatio, qua multi patres familiarum in unum populum ac civitatem coeunt, quanta est?* R. Perfectissima; dans corpori maximum jus in partes: neq, ulla est actio hominis externa, quæ non ad hanc societatem, aut per se spectet, aut ex circumstantiis spectare possit.

XXXVI. *An civibus de civitate abscedere licet, non impetrata venia?* R. Non licet gregatim: quia societas non posset subsistere; neque singulatim, si societatis interfit.

XXXVII. *Quid de exulibus dicendum?* R. In eos nullum jus civitati.

XXXVIII. *Subjectio ex consensu qua est?* R. Aut privata, aut publica: illa multiplex, pro multiplici regiminis genere: præcipua est arrogatio, qua quis se ita dat in familiam alterius, ut ei subfit ad eum modum, quo filius maturæ ætatis subest patri.

XXXIX. *Qua subjectio alia?* R. Qua quis se dat in servitutem perfectam; quæ scilicet

scilicet debet operas perpetuas, pro alimentis, & aliis quæ vitæ necessitas exigit.

XL. *An domini habent jus vita & necesse in servos?* N. Si de plena & interna justitia fit sermo.

XLI. *In servilis conditionis hominibus an partus matrem sequitur?* N. Jure naturæ, si pater sufficienti ratione cognoscipotest: cum, in multis animantibus, patres non minus, quam matres, foetuum curam gerant.

XLII. *Unde nascitur jus dominorum in prolem servilem?* R. Ex præbitione alimentorum, eorumque quæ vitæ sunt necessaria.

XLIII. *An servis effugere licet servitutem?* A. Si immanis sit domini sævitia.

XLIV. *Quæ sunt imperfecta servitutes?* R. Quæ aut in diem sunt, aut sub conditione, aut ad res certas; item ejus qui altero parente sit conditionis liberæ natus, altero servilis.

XLV. *Qua est publica subjectio?* R. Qua populus se in ditionem dat homini alicui; aut pluribus hominibus, aut etiam alteri populo.

XLVI. *Qua est subjectio ex delicto?* R. Hæc nascitur etiam non accedente consensu, quoties qui meruit libertatem amittere

tere, vi redigitur in potestatem, ab eo cui jus est exigendæ pœnæ; quo modo & singuli, subjectione privata, & populi, subjectione publica, subjiciuntur.

CAP. VI.

De acquisitione derivativa, facta hominis; ubi de alienatione imperii & rerum imperii.

I. *Quomodo aliquid nostrum fit acquisitione derivativa?* R. Facto hominis, aut legis; homines autem, rerum domini, possunt transferre dominium; aut totum, aut ex parte: idque est juris naturalis, post introducta dominia.

II. *Qua circa hæc notanda?* R. Duo, alterum in dante, alterum in eo cui datur.

III. *Qua in dante?* R. Quod non sufficiat actus voluntatis; sed simul verba, aut alia signa externa, requirantur: quia actus internus non est congruus naturæ societatis humanæ.

IV. *Quid in eo cui datur?* R. Voluntas accipiendi, cum suo signo.

V. *An imperia etiam possunt alienari?* A. Ab eo in cujus dominio vere sunt; sive à rege, sive à populo.

VI. *An pars imperii nequit alienari, nisi pars ea consentiat, de qua alienanda agitur?* A. Nam qui in civitatem coeunt, societatem quandam contrahunt perpetuam, & immortalem, ratione partium integrantium; cujus non est partes à se abscindere, & alii in ditionem dare.

VII. *An parti jus est à corpore recedere?* N. Nisi evidenter se aliter servare non possit: nam summa necessitas rem reducit ad merum jus naturæ.

VIII. *Cur hac in re majus est jus partis, ad se tuendam, quam corporis in partem?* R. Quia pars utitur jure quod ante societatem initam habuit; corpus non item.

IX. *An imperium in iocum, id est pars territorii, puta non habitata, à populo libero, aut etiam à rege, potest alienari?* A. Si consensus populi accedat: quia territorium est commune populi, pro indiviso; ac proinde sub arbitrio populi.

X. *An populus potest jure hereditario concedere minores functiones civiles?* A. Cum ea corporis summique imperii integritatem non imminuant.

XI. *An item Rex?* R. Si maneamus intra terminos naturales, non potest, inconsulto populo.

XII. *An*

XII. *An Rex potest alienare patrimonium populi, cujus fructus destinati sunt ad sustentanda onera republica, aut regia dignitatis?* N. Nec in totum, nec in partem: cui in hoc non habet jus majus usufructuario.

XIII. *Quomodo res patrimonii distinguenda ab iis rebus, qua sunt in fructu patrimonii?* R. Sic jus exigendi vectigalia, est in patrimonio; pecunia ex vectigalibus procedens est in fructu.

XIV. *An partes patrimonii pignori opponi, ex causa, possunt à Rege?* A. Si plenum habeat imperium, id est jus, ex causa, tributa nova indicendi.

XV. *An sub alienationis genere quoque testamentum comprehenditur?* A. Quia substantia ejus est cognata dominio; eoque dato, juris naturalis.

CAP. VII.

De acquisitione derivativa, qua fit per legem; ubi de successione ab intestato.

I. **L** *Ege qua fit acquisitio derivativa, sive alienatio, quorūplex est?* R. Fit aut lege naturæ, aut lege gentium voluntaria, aut lege civili.

II. *Quo-*

II. *Quotupliciter fit alienatio lege natura, qua ex ipsa dominii natura ac hi sequitur?*

R. Dupliciter, expletione juris, & successione: illa, quoties id quod meum nondum est, sed mihi dari debet; aut loco rei meæ, aut mihi debita (cum eam ipsam consequi non possum) aliud tantundem valens accipio, ab eo qui rem meam detinet, vel mihi debet.

III. *Unde oritur successio ab intestato?*
R. Posito dominio, remota omni lege civili, ex conjectura voluntatis, naturalem habet originem.

IV. *At si moriens nullam voluntatis testationem edat?* R. Non tamen intelligitur ejus mentis fuisse, ut post mortem bona occupanti cederent; sed ejus fore, cui ex æquitate & honestate, maxime conveniebant.

V. *An alimenta à parentibus liberis debentur?* A. Si vox debiti significet id, quod omitti non potest, nisi inhoneste; etiamsi honestas illa, non ex justitia expletrice, sed ex alio fonte, proficiatur: qui enim causa est ut homo existat, is tenetur ei prospicere de his, quæ ad vitam humanam sunt necessaria.

VI. *Qui liberi alendi?* R. Non tantum primi gradus, sed & secundi, & ulterio-
ris; imo & vulgo quæsi; quia debitum hoc est naturale.

VII. *An*

VII. *An & parentibus alimenta debentur?* A. Sed hoc non est æque ordinarium, atque illud: quia liberi nascuntur nihil secum adferentes, unde vivant; & diutius vivendum habent quam parentes.

VIII. *An avi avi æque ad alimenta danda tenentur?* N. Dum parentes existant: tenentur vero, ubi illi vel eorum alter defecerit.

IX. *An dicta voluntatis conjectura semper locum habet?* A. Nisi in diversum judicium suppetant; cujus generis est abdicatio; tum exhæredatio; item si non satis constet, hunc illo esse genitum.

X. *Quomodo hoc constat?* R. Mater est certa; propter partui & educationi præsentis; at de patre hujus gradus certitudo haberi non potest; qui tamen probabiliter ex conjugio constat.

XI. *Quid de adoptivis, ac naturalibus dicendum?* R. Illi succedunt; hi possunt adoptari.

XII. *Ubi desunt liberi, quibus naturaliter deferenda est successio?* R. Bona paterna, avitæque, salva debent esse generi unde veniunt: quia potius est gratiam referri ei qui benefecit, quam amico conferre beneficium.

XIII. *Quod si non reperiatur is, à quo proxime bona venerunt, ejusque liberi?* R.

Gratia

Gratia referenda parenti superioris gradus ejusve liberis: quia his minus quidem, sed tamen post illum proxime debentur: hoc etiam modo manent intra proximos, & ejus de cujus hæreditate agitur, & ejus à quo proxime bona venerunt.

XIV. *Quid de bonis nobiscum quasitis dicendum?* R. Ei qui defuncto carissimus fuisse creditur; qui scilicet gradu cognationis proxime defunctum attingit.

XV. *An hæc sunt iure natura necessaria?* N. Sed ex diversis causis, voluntatem humanam moventibus, variari solent pactis, legibus, moribus.

XVI. *Quid tenendum quoties expressio voluntatis iudicia nulla sunt?* R. Credi quemque id de sua successione statuisse, quod lex, aut mos, habet populi.

XVII. *Quid de regnorum successione dicendum?* R. Distingui debent regna, quæ pleno modo possidentur, & in patrimonio sunt, ab his quæ modum habendi accipiunt ex populi consensu.

XVIII. *Quomodo ista se habent?* R. Dividi possunt, etiam inter mares & fœminas; nec adoptati minus veris liberis succedent, ex præsumpta voluntate: imo etiam ad eos ultimi possessoris proximos pervenient, qui primum regem sanguine non attingunt, si talis successio sit recepta.

XIX, si

XIX. *Si dictum sit ne regnum dividatur?*

R. Ut quisque natus est maximus, mas aut foemina, regnum habebit; si non expressum sit, cui cedere debeat.

XX. *Regna facta hereditaria, libero consensu populi, quomodo deseruntur?* R. Ex praesumpta populi voluntate, quod maxime expedit probante.

XXI. *An hinc nascitur ut regnum sit indivisibile?* A. Quia id ad tuendum regnum, & civium concordiam, plurimum valet.

XXII. *An item ut successio stet inter eos qui descendunt à primo rege?* A. Quia ea familia ob nobilitatem electa censetur; eaque finita regnum, redire ad populum.

XXIII. *Item ne succedant, nisi nati secundum patrias leges?* A. Nam naturales ad contemptum patent: & nobilitas generis verè regii magis reverendos efficit reges; majorque de eis spes concipitur quam de adoptivis.

XXIV. *Inter eos, qui pariter in hereditatem admitterentur, sive quia unus sunt gradus, sive quia in parentum gradum succedunt, an mares foeminis praeferendi?* A. Ideo quod mares tum ad bella, tum ad alias imperii partes, magis idonei foeminis censentur.

D

XXV. *An*

XXV. *An inter mares (aut fœminas, ubi mares deficiunt) præferendus natus maximus?*

A. Quia is iudicio aut perfectior jam esse aut prius futurus creditur.

XXVI. *Estne alia quadam successio, non hereditaria?* A. Quæ linealis dicitur, in qua observari solet, non jus illud substitutionis in locum, quæ representatio dicitur; sed jus transmittendi futuram successionem; ut hoc ipsum jus necessario transeat in posteros, ex primo rege venientes.

XXVII. *Quo ordine?* R. Ut primo vocentur liberi ultimi possessoris primi gradus, tam qui vivunt quam qui mortui sunt; tum vero, inter vivos & mortuos, ratio habeatur sexus primum; deinde ætatis: si prævaleat jus mortuorum, transeat ad eos qui ab ipsis descendunt: pari rursus inter pares prærogativa sexus, ac deinceps ætatis, salva semper transmissione vivorum in mortuos.

XXVIII. *Quod si liberi ejus defint?* R. Venitur ad alios qui proximi sunt; aut, si viverent, essent simili transmissione, & inter pares in eadem linea, observato discrimine sexus & ætatis; ita ut ob sexum & ætatem nunquam transeat de linea in lineam.

XXIX. *Quomodo hæc successione lineali cognatica præferuntur filia filius, aut hi illi?*

R. Filia

R. Filia ex filio; præfertur filio ex filia; filiã ex fratre, filio ex sorore; item filius majoris fratris, fratri minori.

XXX. *Qua est alia linealis successio agnatica?* R. Duntaxat marium ex maribus; introducta ne, per fœminarum matrimonia, ad peregrinum sanguinem imperium deveniret.

XXXI. *An filius à patre exheredari potest, ut ne in regnum succedat?* A. In regnis alienabilibus; cum à bonis aliis non differant: regnorum vero non alienabilium, quanquam hæreditariorum, alia est ratio.

XXXII. *An quis, pro se & pro liberis, potest abdicare regnum, aut jus succedendi in regnum?* A. In hæreditariis; at in lineali successione, patris factum nocere non potest liberis natis, aut nascituris.

XXXIII. *An de successione regni judicare potest Rex, qui nunc regnat; aut populus, sive per se, sive per judices datos?* N. De judicio jurisdictionis: quia jurisdictio non est, nisi apud superiorem, qui hic non est; sed ad arbitros res referenda.

XXXIV. *Filius ante regni adaptionem natus, an in regno individuo præferendus ei, qui in regna fortuna natus est?* A. Quia partem ferret individuo.

XXXV. *An nepos ex filio priore, filio posteriori est præferendus?* A. In lineali successione:

cessionem: quia mortui pro vivis habentur, in hoc ut in liberos transmittant.

XXXVI. *Quid fiet in hereditariis?* R. In dividuis concurrent ad partes: in individuis vero (ubi substitio in locum exclusa non est, neque semper nepos, neque semper filius secundo genitus præferuntur) potior erit is qui ætate præcedit; at introducta successione lineali agnaticâ, sine ulla electione, præferetur nepos; ut & in lineali cognaticâ.

XXXVII. *An frater superstes ultimi regis præferatur fratris majoris filio?* R. Ubi jus non est manifestum, in partem eam inclinandum, quæ liberos parentibus surrogat: quia eo nos ducit æquitas naturalis, in bonis avitis.

XXXVIII. *An defuncti fratris filius, aut filia, præferendus regis patris?* A. Et in lineali successione; & in hereditaria, ubi substitio in locum mortui observatur.

XXXIX. *An ex filio nepos?* A. Ob sexum.

XL. *An minor nepos ex filio nepoti majori ex filia?* A. In lineali successione; in hereditaria non videtur.

XLI. *An nepos ex filio primogenito, filium excludit in regni hereditariis?* N. Etiam admittitur substitio: quia inter capaces valet privilegium sexus.

XLII. *An*

XLII. *An filia fratris maximi nata, postponenda fratri Regis natu minori? An in regnis hereditariis.*

CAP. VIII.

De acquisitionibus, que vulgo dicuntur juris gentium.

I. **O**ccupatio eorum qua nullius sunt, qualis est acquirendi modus? R. Juris naturalis; introducto scilicet dominio; & quamdiu lex nulla aliud constituit.

II. *An fera, silva præcatis, & pisces stagnis inclusi, aque sunt in dominio, quæ qui in vivario aut piscina sunt? A. Equæ enim includuntur.*

III. *Fera custodiam evadentes, & naturalem recipientes libertatem, an desinunt esse nostra? R. Non per se, sed ob difficultatem recuperationem, habentur pro derelictis; cum internosci non possint, quæ fuerint nostræ.*

IV. *Qualis requiritur possessio, ad adipiscendum dominium? R. Corporalis: nec vulnerasse sufficit.*

V. *Quibus illa acquiritur? R. Manibus & instrumentis, decipulis, retibus, laqueis.*

VI. *An quibuslibet instrumentis, quibus modo capta, sunt in nostra potestate?* N. Sed nostris, iisque ita inclusa, ut exire inde nequeant.

VII. *An hac ita naturalia sunt, ut lege civili mutari nequeant?* N. Sunt enim hæc naturalia, non simpliciter, sed pro certo rerum statu, id est si aliter cautum non sit.

VIII. *Quomodo acquiruntur alia res, hereditariae?* R. Eodem quo feræ: nam & hæc, si naturam solam sequimur, sunt inventientis & occupantis: quia possessionis initium est corporis ad corpus adjunctio; vel manibus, vel pedibus.

IX. *Cujus sunt thesauri?* R. Naturaliter inventoris, loco moventis, & apprehendentis.

X. *Quorum sunt incrementa fluctuantia?* R. In privati juris flumine ripa, aut insula nata, aut alveus derelictus, sunt privatorum; in publico, sunt populi, aut ejus cui populus dedit.

XI. *Quid si gravissima sit inundatio, neque alia signa sint qua retinendi domini animus notent?* R. Facile præsumitur agrum habitum derelictui.

XII. *Quid de alluvione tenendum?* R. Adjectio particularum, quæ à nullo vindicari possunt, est populi; si is flumen dominio

minio occupaverit ; alioqui occupantis.

XIII. *An non est proxima pradia possidentium ?* A. Quia hoc iis à populo concedi potest ; & concessum videtur, si agri illi, ex parte, non habeant finem alium quam naturalem, id est flumen.

XIV. *Quid censendum de relicta ripa, & siccata parte alvei ?* R. In non occupatis, sunt occupantis : in occupatis fluminibus, populi, vel ejus cui à populo ager, ad flumen excurrens, qua talis, datus est.

XV. *Si quid eminent, cum proximis pradiis ita cohaerens, ut tamen interjecta plantis aquis superfundatur, eritne insula, an alubio ?* R. Maxime naturale est, ut discretum videatur id, qua majori temporis parte navigio transiri solet.

XVI. *Cum annis de agro meo saepe partem deterat, an non aquum est ut ejus beneficio utar ?* N. Ut enim cujusque rei eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda, locum non habet ; nisi ubi ex re nostra incommoda existunt ; at hic existunt è flumine, quod alienum est.

XVII. *Acquirendi modo per genituram animantium, an naturale est ut partus ventrem sequatur ?* N. Si probabili ratione de patre constet : quia quod nascitur etiam patris pars est.

XVIII *Si materia diversorum confundantur, cuius erunt?* R. Inducetur communio, pro rata ejus quod quisque habet: quia naturaliter alius exitus non datur.

XIX. *Quid si alterius sit materia, alterius species?* R. Cum res constant materia & specie, tanquam suis partibus; fiet communio, pro rata ejus quanti unumquodque est: quia utraque substantiæ pars est.

XX. *Ut rei majori res minor acquiratur, estne juris naturalis?* N. Sed civilis, natura tamen non repugnante: quia lex jus habet dandi dominii.

XXI. *Plantata & confisa, an cedunt solo, naturaliter?* N. Sed hic habet locum communio.

XXII. *Bona fidei possessor quid juris habet in fructus?* R. Imputandi impendia in rem facta, & operam utilem; ac pro iis fructus deducendi.

CAP. IX.

Quando imperia vel dominia desinant.

- I. **Q**uomodo alio, quam de revocatione, dominia desinant? R. Sublato subiecto, in quo est imperium, vel dominium;

minimū; ante alienationem expressam, vel tacitam.

II. *Quid si defecerit familia, quæ jus aliquod habebat?* R. Idem dicendum.

III. *Quid si populus?* R. Idem.

IV. *Quomodo populus interire potest?* R. Interitu corporis, vel ejus spiritus, sive speciei.

V. *Quomodo corpus interit?* R. Sublatis simul partibus, sine quibus nequit subsistere; vel sublata corporis ratione.

VI. *Illo modo quæ interit populus?* R. Igne, aqua, terræ motu, chasmate, ferro, &c.

VII. *Quæ hoc modo?* R. Si cives à societate discedant; vel sponte, ob pestilentiam, aut seditionem; vel vi, bellis distracti.

VIII. *Quando species interit?* R. Sublata juris communitate, cum cives alterius potestati subjiciuntur.

IX. *Quid si populus loco migraverit, si murs tantum urbis disjecti sunt?* R. Si species maneat, populus esse non desinit.

X. *Quid si gubernandi modi mutentur?* R. Idem manet populus, retinens dominium eorum quæ populi fuerant, & imperium in se.

XI. *Quid si duo populi uniantur?* R. Non amittentur jura; sed communicabuntur.

XII. *Quid si dividatur civitas, quæ fuerat una?* R. Plura summa imperia existunt pro uno cum suo jure in partes singulas.

XIII. *An in imperii Romani locum Germanicum est surrogatum?* N. Sed populus Romanus idem nunc est, qui olim fuit; & imperium penes eum mansit, tanquam penes corpus, in quo esset ac viveret.

XIV. *Persona heredis an eadem censetur cum persona defuncti?* A. Quoad continuationem domini, tam publici, quam privati.

CAP. X.

De obligatione qua ex dominio oritur.

I. **Q**uomodo adversum nos obligatio nascitur, ex jure eo quod nobis competit in personas, aut res? R. Ea nascitur rebus exstantibus, aut non exstantibus.

II. *Quomodo ex istis?* R. Ut is qui rem nostram in sua potestate habet, quantum in se est, teneatur efficere ut in nostram potestatem veniat.

III. *Quid de rebus non exstantibus humano generi placuit?* R. Ut, si tu factus fueris locupletior ex re mea, me rem non habentem, in tantum tenearis, in quantum locupletior

plotior factus es: quia plus habes, quatenus ex meo lucratus es; cum ego minus habeam.

IV. *An bona fidei possessor tenetur ad restitutionem, si res perierit?* N. Quia nec res ipsa apud eum est, nec lucrum ex re.

V. *An restituere etiam fructus exstantes rei?* A. Quia qui dominus est rei, idem naturaliter dominus est fructuum rei.

VI. *An res & fructus consumptos?* A. Si modo alias quoque tantundem consumpturus fuerat: nam in hoc censetur locupletior.

VII. *An fructus, quos neglexit percipere?* N. Quia nec rem habet, nec quicquam quod rei loco succedit.

VIII. *Si talis possessor rem sibi donatam alii donaverit, an tenetur?* N. Nisi omnino sine hac re donaturus tantundem fuisset: tunc enim lucrum erit, suæ rei peperisse.

IX. *An tenetur, si rem emptam vendiderit?* N. Nisi quatenus forte pluris vendiderit.

X. *An res aliena, bona fide empta, est restituenda, sine repetitione erogati pretii?* A. Nisi quatenus dominus probabiliter non potuit recipere rei suæ possessionem, sine aliquo impendio.

XI. *Qui rem alienam emit, an potest eam*

restituere & reddere, ut pretium seruet? N.
 Quia ex quo res fuit in ejus potestate; cap-
 tit obligatio restituendi.

XII. *Qui rem habet, cujus dominum igno-
 ratur, an naturaliter tenetur eam dare pau-
 peribus? N.* Quia ex dominio nemo jus ha-
 bet præter dominum; qui si non appareat,
 tantundem est ac si non sit.

XIII. *An restituendum, quod acceptum
 est ob causam turpem; aut honestam, ad
 quam quis obligabatur? N.* Quia ratione
 rei nemo tenetur, nisi res sit aliena.

CAP. XI.

De promissis.

I. **A** *N ex promissis jus naturaliter ori-
 tur? A.* Quia nihil est tam con-
 gruum fidei humanæ, quam ea
 servare quæ inter eos placuerunt.

II. *Qua ad perfectam promissionem re-
 quiruntur? R.* 1. Assertio explicans de fu-
 turo animum qui nunc est. 2. signum suf-
 ficiens, ad indicandam perseverandi ne-
 cessitatem. 3. signum volendi jus propri-
 um alteri conferre.

III. *An ad perfecta promissioni vim re-
 quiruntur*

quiritur usus rationis? A. Ideoque furiosi, amentis, & infantis, nulla est promissio.

IV. *Promissio fundata in praesumptione facti, se non ita habentis, an habet vim?* N. Quia promissor non consentit in promissum, nisi sub quadam conditione, quae re ipsa non existit.

V. *An obligatur is, qui metu aliquid promissit?* A. Quia hic adfuit consensus absolutus.

VI. *Quid si is, cui promittitur, intulerit metum injustum, atque inde secuta sit promissio?* R. Tenetur ad liberandum promissorem, si promissor velit; ob damnum injuria datum.

VII. *Qualis debet esse materia promissi?* R. Ut promissum sit efficax, oportet eam esse, aut esse posse, in jure promittentis: quia promissio vim accipit ex eo jure, nec ultra extenditur.

VIII. *An valent promissa facti per se illiciti?* N. Quia ad illa nemo jus habet, nec habere potest.

IX. *An promissio facta ob causam naturaliter vitiosam, ipsa natura valet?* R. Crimine non perpetrato, promissionis efficacia est in pendentem; perpetrato, vis obligationis exseritur.

X. *Quod promissum est ob causam debitam.*

an eo minus debetur? N. Nam & sine ulla causa, promissum deberetur.

XI. *Ad modum promittendi quid requiritur?* R. Actus externus, id est signum sufficiens voluntatis; nutus, vox, literæ &c.

XII. *An & per hominem alterum obligamur?* A. Si constet de nostra voluntate, qua illum elegerimus ut instrumentum nostrum.

XIII. *Quid de exercitoria & institoria dicendum?* R. Ipso naturali jure nituntur.

XIV. *An acceptatio requiritur, ut promissio jus transferat?* A. Ita tamen ut precedens rogatio durare intelligatur, ac vim habere acceptationis.

XV. *Sufficitne fieri acceptationem? an vero etiam innotescere debet promissori, antequam promissio plenum effectum consequatur?* R. Utroque modo fieri potest promissio; volo ut valeat, si acceptetur; aut, volo ut valeat, si acceptatum intellexero.

XVI. *An ante acceptationem promissum licite revocatur?* A. Quia jus nondum translatum est.

XVII. *An item eo mortuo, qui lectus erat voluntatis internuncium?* A. Quia in illius verbis posita fuerat obligatio.

XVIII. *Ad*

XVIII. *Ad confirmandam promissionem, cui error causam dedit, si re cognita promissor stare velit promissio, an sufficit actus internus?* R. Externus quidem requiritur; sed non ubique verbis factus: cum sufficiat rei retentio, ex parte ejus cui promittitur; & relictio promittentis, aut simile quid.

XIX. *Promissiones, causam expressam non habentes, an sunt irrita naturaliter?* R. Non magis quam donationes.

XX. *Qui factum alienum promisit, an tenetur ad id quod interest?* N. Si non omiserit facere, quod ex sua parte facere poterat, ad id factum obtinendum.

CAP. XII.

De Contractibus.

I. **C**um varia sit divisio actuum humanorum, qui ad aliorum hominum utilitatem tendunt, quinam appellantur nomine contractuum? R. Omnes actus aliis utiles, extra mere beneficos.

II. *An natura aequalitatem imperat in contractibus?* A. Et ita quidem, ut ex inaequali-

qualitate jus oriatur minus habenti.

III. *Qui cum aliquo contrahit, an teneatur significare res sibi nota, ejus rei de qua agitur?* A. Quia inter contrahentes prior quædam est societas, quam quæ communis est hominum.

IV. *Quæ deberur æqualitas in voluntatis usu?* R. Ne quis metus incutiatur, contrahendi causa; aut ut dematur, si quis sit incussus.

V. *Quæ æqualitas desideratur in ipso actu principali?* R. In contractibus permutatoriis sollicitè observandum, ne plus exigatur quam par est.

VI. *Quid si in re deprehendatur inæqualitas; sine culpa partium?* R. Ea refarcienda; & plus habenti demendum, reddendumque minus habenti; quia utrique tantundem tribuendum.

VII. *Quæ est mensura ejus, quod res quæque valeat?* R. Indigentia; & voluntas hominum res multas non necessarias desiderans; item labores & expensæ mercatorum; copia & inopia; eorum, pecuniæ, mercium; damnum consequens; lucrum cessans, affectus peculiaris, &c.

VIII. *Quando in venditione & emptione dominium transfertur?* R. Aliquando sine traditione, ipso contractus momento; aliquando non item.

IX. *An omnia monopola pugnant cum jure natura?* N. Quia interdum, justa de causa, permitti possunt, à summa potestate; & à privatis institui, æquo compendio.

X. *Quinam hic faciunt injuriam, quam reparare tenentur?* R. Qui de compacto id agunt, ut res, supra pretium id quod summum nunc est, in communi pretio vendantur; aut vi, aut fraude impediunt, ne major copia importetur; aut ideo merces cõmunt, ut vendant pretio, quod, venditionis tempore, sit iniquum.

XI. *An pecunia naturaliter recipit summionem?* A. In genere communi, qua comparatur ad res omnes, aut maxime necessarias: quæ æstimatio, si aliud non convenit, facienda erit tempore & loco solutionis.

XII. *In locatione & conductione, cujusdamno sunt sterilitas, alii; ne casus, usum impediens?* R. Conductoris, cui facultas utendi est tradita: si locator alii rem locaverit, cum conductor primus re uti esset impeditus, rependet primo conductori, quicquid inde fuerit consecutus.

XIII. *Si in gratiam alterius, qui locatum vel conductum sit, alias non locandum aut conducendum?* R. Res aut opera, plaris

ris minorisve, locari, vel conducì potest.

XIV. *Quid si una opera pluribus utilis esse possit (ut itineris susceptio) & locator pluribus se in solitum singulis obstrinxerit?* R. Poterit de singulis mercedem pacisci, quam ab uno exigeret: quia quod illa opera secundo quoque utilis est, extrinsecum est contractui, qui cum primo est initus; neque respectu primi quicquam minuit de æstimatione.

XV. *Circa mutuum quaritur, an usura jure naturali sint verita?* N. Quia pro usu rei pretium exigere illicitum non est.

XVI. *Leges humana, qua concedunt aliquid stipulari, pro usu pecunia, aut rei alterius, an pugnant cum jure naturali, aut divino?* N. Siquidem vere stant intra compensationem ejus quod abest, aut abesse potest.

XVII. *In asservationis contractu, unde petendum periculi pretium?* R. Ex communi æstimatione.

XVIII. *Quid si contrahentium alter sciverit rem, de qua agitur, perisse; aut subitam pervenisse, quo destinabatur?* R. Contractus omnino nullus erit: quia propria materia hujus contractus est damnum, sub ratione incerti.

XIX. *In*

XIX. *In societate negotiatoria, partes in damno & lucro, suntne aequales, an inaequales?* R. Ubi confertur pecunia cum pecunia, partes sunt aequales, si pecuniae sint aequales; si hæ inaequales, illæ quoque fient pro rata.

XX. *Potestne sociorum, aliquis lucri esse particeps, immunus damni?* R. Id præter naturam est societatis: potest tamen ita conveniri, sine injuria; eritque tum contractus mixtus, ex societate, & affectura-tione.

XXI. *An quis damnum sentire potest, sine lucro?* N. Quia societas consistere nequit sine utilitatum communione.

XXII. *In societate navali, adversus piratas, qua est communis utilitas?* R. Ipsa defensio; interdum & præda.

CAP. XIII.

De jurejurando.

I. **Q**uid requiritur ad jusjurandum? R. Animus rationis compos, ac deliberatus: adeoque non jurasse dicendus est, verba proferens jurantia, qui non putat se jurare.

II. *An obligatur, jurare volens, ac non obligato?*

obligari? A. Quia obligatio inseparabilis est à juramento, ac necessarius ejus effectus.

III. *Si quis deliberato protulerit verba jurantia, animo tamen non jurandi, an obligatur?* A. Quia is actus, per se obligatorius, processit ex animo deliberato: nisi jurans credat verba aliter accipi ab eo, quicum negotium est.

IV. *An obligat jusjurandum, dolo elicitum?* N. Si certum sit, eum qui juravit, aliquid factum supposuisse, quod revera se ita non habeat; ac non fuisse juraturum, nisi id credidisset: at standum erit verbis, si dubium sit, an non etiam sine eo idem fuisset juraturus.

V. *Quomodoque igitur extendenda juramenti significatio?* R. Non ultra receptum loquendi morem.

VI. *Ut valeat juramentum, qualis debet esse obligatio?* R. Licita: neque ullas vires habet promissio de re illicita.

VII. *Si res quidem, qua promittitur, non sit illicita, sed impediatur majus bonum morale, an valet jusjurandum?* N. Quia Deo debemus profectum in bono, ita ut ejus libertatem eripere nobis ipsis non valeamus.

VIII. *Quid de impossibili dicendum?* R. Ad omnino impossibile nemo obligatur.

IX. *Si*

IX. *Si quid impossibile sit pro tempore, aut ex suppositione?* R. De eo obligatio est inpendenti; ita ut ex suppositione jurans teneatur operam dare quam potest, ut quod juravit reddatur possibile.

X. *Qua jurisjurandi forma?* R. Verbis differt; re convenit; sensum enim habere debet, ut invocetur Deus testis, aut vindex.

XI. *Quid si nominata rebus, personisve aliis, juretur?* R. Vera sunt juramenta.

XII. *An obligatur, qui per falsos Deos juraverit?* A. Quia generali complexione numen intuetur; quanquam sub falsis notis.

XIII. *Qua debet jurans?* R. Ut verba congruant animo & facta verbis: quia effectus juramenti præcipuus est præcidere controversias.

XIV. *Quando homini ex juramento jus quaritur?* R. Si talis sit materia, & verba ita concepta, ut non ad Deum tantum, sed & ad hominem referantur.

XV. *Quomodo homo nullum jus consequitur, ita tamen ut jurans Deo obligetur stare jurejurando?* R. Si verba non respiciant hominem, jus ei conferendo; aut si quid ei possit opponi.

XVI. *An hac locum habent inter quosdam?* A. Non enim sola persona respicitur, cui

curi juratur; sed & Deus, qui ad obligationem pariendam sufficit: adeoque perjurii sunt qui prædonibus non dant pretium pactum, si juratum sit: neque promittens potest fungi solutione momentanea, ita ut liceret ei, quod solvit recuperare.

XVII. *Cum, ex aliquo defectu, jus non nascitur persona, sed Deo fides obstringitur, an jurantis hæres tenetur?* N. Quia ad heredem non transeunt ea, quæ quis debuit ex officio pietatis, gratiæ &c. neque hæc pertinent ad illud, quod strictè judicatus inter homines.

XVIII. *Quando non tenebitur qui juravit?* R. Si, ubi jus personæ non nascitur, juramentum spectet utilitatem alicujus; atque is eam nolit: item si cesset qualitas, sub qua quis alicui juravit.

XIX. *Quod contra juramentum fit, quando id tantum est illicitum, non simul irritum?* R. Si sola fides sit obtricta.

XX. *Quando & irritum?* R. Si jusjurandum ita sit conceptum, ut simul contineat abdicationem plenam potestatis ad actum.

XXI. *An superiorum actus potest efficere, ut jusjurandum, quatenus &c. fuit obligatorium, non sit præstandum?* N. Quia id est juris naturalis, ac divini.

XXII. *An possunt superiores, respectu jurantis*

jurantis, juramentum reddere irritum, antequam juretur; & vetare ne impleatur, quod juratum est? A. Quia inferior, qua talis, non potuit se obstringere; nisi quatenus superiori id placitum esset.

XXIII. *Quid possunt, respectu ejus cui juratur?* R. Tollere ab eo jus, quod ei partum est; aut etiam, si jus desit, vetando ne quid ex tali juramento accipiat: idque vel in pœnam, vel ob utilitatem publicam, ex vi supereminens dominii.

CAP. XIV.

De promissis, contractibus, & juramentis eorum, qui summum imperium habent.

I. **A**N rex, ut subditos suos, ita seipsum quoque potest restituere in integrum; aut contractum irritum facere; qui à jurejurando, se exsolvere? R. Leges regiae nullam habent vim in actus regis, qui regii sunt; & adversus hos contractus locum non habet restitutio, quia venit ex jure civili.

II. *Quid si populus regem fecerit, non pleno jure; sed additu legibus?* R. Per eas leges

ges poterunt fieri irriti actus contrarii: aut omnino, aut ex parte: quia eatenus populus jus sibi reservavit.

III. *Quid dicendum de privatis actibus regis?* R. Eos factos eo animo, ut communem legum regulam sequantur: quia ii non considerantur ut actus communitatis, sed ut actus partis.

IV. *An rex, ut privatus, juramentum potest irritum reddere antecedenter?* A. Si priori juramento ipse se plane privaverit potestate tale quid jurandi.

V. *An & consequenter?* N. Quia talia habent jam antea in se exceptionem, nisi superior noluerit; quæ in rege non habent locum.

VI. *Si à regibus fiant emptio & venditio, sine certo pretio; locatio & conductio, non expressa mercede, an sunt valitura?* N. Quia hi actus non fiunt à rege, qua rege; sed quasi quovis alio.

VII. *Ex promisso & contractu regis, cum subditis insto, qualis nascitur obligatio?* R. Vera ac propria, quæ jus det ipsis subditis: ea enim est promissorum & contractuum natura; etiam inter Deum & hominem.

VIII. *An leges civiles etiam in rege valent?* A. Si tales sint actus, qui fiunt à rege, ut à quovis alio: sin actus sit regis, qua

qua regis, ad eum leges civiles non pertinent; neque tamen eo minus actio nascetur ex utrovis actu; sed coactio non poterit sequi.

IX. *An jus quasitum subditis auferri potest per regem?* A. In pœnam; aut, ex vi supereminentiis dominii, propter utilitatem publicam, cum compensatione.

X. *An contractus regum sunt leges?* N. Quia ex promissis & contractibus jus nascitur adversus regem; non ex legibus.

XI. *An ex regum contractibus tenentur successores?* A. Si sint hæredes, & regni, & bonorum omnium: quia pro debitis defuncti bona sunt obligata.

XII. *Quis in jus regni duntaxat succedunt; aut partim in bona, in jus regni vero in solidum, an obligantur?* R. Non directe, quales; sed indirecte, per interpositam civitatem.

XIII. *Quomodo contractus regentium obligant subditos?* R. Si probabilem habent rationem.

XIV. *Quid dicendum de alienatione pecunie a populo, aut rei alterius?* R. Obligat similiter probabilis ratio dandi, vel alienandi; si talia sint quæ rex, publico bono, possit alienare; contra si non liceat.

XV. *Beneficia principum, liberaliter concessa, an possunt revocari?* N. Si rex ea de

suo faciat, quæque vim habent perfectæ donationis; si non adsit precarii clausula: nisi, quod subditos attinet, in pœnam; aut ob utilitatem publicam, cum compensa- tione possibili: possunt, vero quæ vincu- lum duntaxat legis demunt, sine ullo con- tractu.

XVI. *An populi, aut veri reges, tenebun- tur contractibus eorum, qui sine jure impe- rium in ea serunt?* N. Quia hi non habue- runt jus obligandi populum.

CAP. XV.

De fœderibus ac sponsionibus.

I. **I**n quo differunt conventiones publicæ à contractibus privatorum; aut regum, circa negotia privata? R. Quod illæ fieri nequeant nisi jure imperii, majoris vel minoris.

II. *Quomodo dividenda?* R. In fœdera, sponsiones, & pactiones alias.

III. *Quomodo fœdera differunt à sponsio- nibus?* R. Illa jussu summæ potestatis sunt: Sponsio autem est ubi hi, qui à potestate summa mandatum ejus rei non habent, aliquid promittunt quod illam proprie tangit.

IV. *Quæ-*

IV. *Quotuplicia sunt fœdera?* R. *Æqualia vel inæqualia.*

V. *Qua sunt aequalia?* R. *Quæ utrinque se habent eodem modo.*

VI. *Qua inæqualia?* R. *In quibus inæqualia promittuntur; aut ex parte digniori, aut ex minus digna; aut cum imperii diminutione, aut sine ea.*

VII. *Cujus causa sunt fœdera?* R. *Pacis, aut societatis causa; ad commercia; belli communitates, ac res alias.*

VIII. *An jure natura cum alienis à Ge-
ra religione licite fœdera inveniuntur?* A. *Quia id jus adeo commune est omnibus, ut religionis discrimen non admittat.*

IX. *An jure divino veteri?* A. *Nihil enim reperitur quod obftet.*

X. *An & lege Evangelica?* A. *Illam enim nihil hac in parte mutavit; imo magis etiam favet fœderibus, quibus alieni isti iusta in causa sublevantur.*

XI. *Verum an his non inest aliqua pravitas?* R. *Non intrinseca, aut universalis; sed ex circumstantiis æstimanda.*

XII. *Si ex tali societate profana opes magnum sint habitura incrementum?* R. *Abstinentum erit, extra necessitatem.*

XIII. *Si plures bellum gerant, utri potius opem ferre debet utrique fœderatus?* R. *Iustam belli causam habenti.*

XIV. *Si federati inter se committantur, causis utrinque injustis ?* R. Utraque parte abstinendum.

XV. *Quod se federati in alios bellent, iusta quique de causa ?* R. Si utrique mitti possint auxilia, sunt mittenda.

XVI. *Si promittentis requiratur presentia ?* R. Cum ea sit individua, præferendus cum quo fœdus est antiquius ; nisi fœdus posterius peculiari contractu prævaleat.

XVII. *An finito tempore fœdus sacite renovatum intelligi debet ?* N. Nisi ex actibus, nullam aliam interpretationem recipientibus: non enim facile præsumitur nova obligatio.

XVIII. *Si pars una fœdus violaverit, an poterit altera à fœdere discedere ?* A. Nam capita fœderis singula conditionis vim habent.

XIX. *Quot sunt materia sponsonum ?* R. Quot fœderum ; distant enim hæc personarum facientium potestate ?

XX. *Si sponsio improbetur à rege, aut civitate, qualis est obligatio ?* R. Summum imperium habens nullam in partem obligatur.

XXI. *Ad quid tenentur sponsores ?* R. Si præ se tulerunt potestatem, publico nomine contrahendi, obligantur eorum bona

ad

ad id quod interest; & si ea non sufficient, corpus ad servitutem.

XXII. *An sponsio obligat summam potestatem, ex notitia & silentio?* N. Si facta sit sub conditione, si rata haberetur à summa potestate: nam conditio non impleta nullam facit sponzionem.

CAP. XVI.

De interpretatione.

I. **C**um interni actus per se non sint spectabiles; quomodo certi aliquid statuetur, ne nulla sit obligatio; si quisque, sensum quem vellet sibi affigendo, liberare se possit? R. Ipsa dictante naturali ratione, jus est ei cui quod promissum est, promissorem cogere ad id quod recta interpretatio suggerit: nam alioqui res exitum non reperiret.

II. *Qua est recta interpretationis mensura?* R. Collectio mentis ex signis maxime probabilibus.

III. *Quotuplicia ea sunt?* R. Duum generum, verba, & conjecturæ aliæ: quæ aut seorsim considerantur, aut conjunctim.

IV. *Quomodo verba sunt intelligenda?*
E 3. R. Ex

R. Ex proprietate populari, ex usu; si nulla sit conjectura quæ ducat alio.

V. *Si sint vocabula artium?* R. Adhibenda erit artis cujusque prudentum definitio.

VI. *Quando conjecturis assumptis opus est?* R. Cum verba, aut verborum complexio, plures significationes recipiunt; & quoties in pactis species quædam est repugnantia.

VII. *Qui sunt loci ex quibus voluntatis conjectura promuntur?* R. Præcipui sunt ex materia, ex effectu, ex conjunctis; iisque aut origine, aut loco.

VIII. *Quomodo ex materia?* R. Ut per inducias triginta dierum, homines reddendos, dimidiam partem navium &c; intelligantur civilium, non naturalium; vivi, non mortui; integrarum, non sectarum.

IX. *Quomodo ex effectu?* R. Si vox, ex usu receptiore sumpta, effectum post se traheret à ratione alienum, accipienda est interpretatio vitio carens.

X. *Quæ sunt conjuncta origine?* R. Quæ ex eadem voluntate profiscuntur, etiam si alio loco & occasione dicta: quia in dubio voluntas creditur sibi fuisse consentiens.

XI. *Inter ea quæ & loco conjuncta sunt, quid vim habet præcipuam?* R. Ratio legis: si scili-

si scilicet certo constet aliqua ratione, tanquam causa unicâ, voluntatem fuisse motam.

XII. *Quid circa hocum significationes notandum?* R. Multarum esse plures, strictiores, laxiores.

XIII. *Quid circa ea qua promittuntur?* R. Eorum alia esse favorabilia, alia odiosa, alia mixta aut meda.

XIV. *Quae sunt favorabilia?* R. Quae aequalitatem in se habent, & quae communem spectant utilitatem: quae quo major, eo major est promissi favor.

XV. *Quae odiosa?* R. Quae partem alteram tantum, aut plus altera, onerant; quae pœnam in se continent; quae actus faciunt irritos; quae de prioribus aliquid immutant.

XVI. *Quid si mixtum sit aliquid?* R. Id, pro magnitudine boni aut mutationis, modo favorabile, modo odiosum censebitur; ita tamen ut, cæteris paribus, favor censeatur potior.

XVII. *Quomodo igitur verba sumenda sunt, in non odiosis?* R. Secundum totam proprietatem usus popularis; & si plures sint, eam quae latissima est.

XVIII. *Quomodo in favorabilioribus?* R. Si is qui loquitur jus intelligat, aut peritorum juris consilio utatur, verba laxius

sumenda, ut etiam includant significatio-
nem artis, aut quam lex dedit.

XIX. *An ad significationes plane impro-
prias licet recurrere?* N. Nisi alioqui ab-
surdum aliquid, aut pacti inutilitas seque-
retur.

XX. *An Verba quandoque strictius su-
menda, quam fert proprietates?* A. Si id ne-
cessarium erit ad vitandam iniquitatem,
vel absurditatem.

XXI. *Quid de odiosis dicendum?* R. In
talibus etiam sermo figuratus aliquantu-
lum admittitur, quo onus vitetur.

XXII. *Quomodo distinguenda pacta re-
alia à personalibus?* R. Si cum populo li-
bero actum sit, quod ei promittitur, sui na-
tura reale est, quia subjectum est res per-
manens.

XXIII. *Si status civitatis in regnum
mutetur?* R. Manebit foedus: quia manet
idem corpus, etsi mutato capite.

XXIV. *Si cum rege contractum sit, an
statim personale erit censendum foedus?*
N. Nam plerumque persona pacto infe-
ritur, non ut personale pactum fiat, sed
ut demonstraretur cum quo pactum factura
est.

XXV. *Quod si pares sint in utrumque con-
jectura?* R. Favorabilia credentur esse rea-
lia, odiosa vero personalia.

XXVI. *An*

XXVI. *An cum rege initum fœdus manet, etiamsi rex idem, aut successor, regno à subditis sit pulsus?* A. Jus enim regni penes ipsum manet, utcunque possessionem amiserit.

XXVII. *Si alieni regni invasor, volente vero rege, aut oppressor populi liberi, antequam sufficiens populi consensus accedat, bello impetatur, an eo fiet contra fœdus?* N. Quia hi possessionem habent, jus non habent.

XXVIII. *Premium promissum ei qui primo ad metam pervenerit, an debetur utrique, si simul perveniant, an neutri?* R. Concurrent ad præmium.

XXIX. *Quodnam est aliud interpretandi genus ex conjecturis, extra significationem verborum?* R. Eorum quibus promissio continetur: idque duplex, extendens, vel coarctans.

XXX. *An mandatum impleri potest non per idem, sed per aliud æque utile, aut utilius quam erat id quod mandator præscripserit?* R. Id ita demum licet si constet, quod præscriptum erat, non præscriptum fuisse sub speciali ejus forma; sed sub conditione generaliore, quæ aliter quoque obtineri posset.

XXXI. *Restringens interpretatio, extra significationem verborum quæ promissionem in*

continent, unde petitur? R. Aut ex defectu originario voluntatis, aut ex casus emergentis repugnantia cum voluntate.

XXXII. *An promissu in se habent tacitam conditionem, si res maneat quo sunt loco?* N. Nisi apertissime pateat statum rerum presentem in unica illa ratione inclusum esse.

XXXIII. *Si quo casu sequi Verba pugnaret cum naturalibus aut divinis preceptis, aut aequae rem affirmantis nimis grave atque intolerabile foret?* R. Talia eximenda sunt necessario: non enim sunt obligationis capacia.

XXXIV. *An in dubio contractus perfectus censeri debet, antequam scriptura confecta sit, & tradita?* R. Ni aliud convenierit, credendum scripturam adhiberi ut monumentum contractus, non ut substantiae ejus partem: alioqui exprimi id solet.

XXXV. *An contractus regum, & populorum, quantum fieri potest, interpretandi sunt ex jure Romano?* N. Hoc enim nemo tenetur extra rempubl. Romanam.

XXXVI. *Conditionem offerentis, an accipientis, Verba attendi magis debent?* R. Cum accipiens hic fit qui promittit, ejus verba formam dant negotio, si absoluta & in se perfecta sint.

97
CAP. XVII.

De Damno per injuriam dato, & obligatione qua inde oritur.

Quid est maleficium? R. Culpa omnibus, sive in faciendo, sive in non faciendo; pugnans cum eo quod homines facere tenentur.

II. *Ex tali culpa qualis obligatio naturaliter oritur?* R. Ut damnum datum resarciatur.

III. *Quid est damnum?* R. Cum quis minus habet suo.

IV. *Quotupliciter aliquid suum est?* R. Ex mera natura, vita, corpus, membra, fama, honor, actiones propriae; dominio & pactis; itemque ex lege.

V. *An quis in re tantum minus habere intelligitur?* N. Sed etiam fructibus, qui proprie rei fructus sunt.

VI. *An spes lucri etiam aestimatur ex nostro?* R. Non quidem ut illud ipsum, sed secundum propinquitatem ad actum.

VII. *Præter ipsum qui per se damnum dat, quinam alii tenentur, faciendo?* R. Juvans, consensum requisitum adhibens, ad-

juvans, receptum præstans, alioque modo participans in crimine; quique dat consilium, laudat, assentatur.

VIII. *Quis, non faciendo?* R. Qui, cum ex jure proprie dicto debeant vetare, aut opem ferre ei, cui fit injuria, id non faciunt: quique non dissuadent, cum debeant; factumve reticent, quod notum facere debebant.

IX. *Quo ordine hi tenentur?* R. Primo loco: ii qui imperio, aut alio modo, aliquem impulerunt ad factum: iis deficientibus, patrator facinoris; & post eum ceteri.

X. *An in solidum, singuli?* A. Si totus actus ab ipsis, quanquam non solis, processit.

XI. *An aliqui tantum de actu tenentur?* N. Sed simul etiam de his quæ illum, ex vi actus, sunt consecuta.

XII. *Ad quid tenetur injustus homicida?* R. Solvete impensas, si quæ factæ sunt in medicos: & iis, quos occisus alere ex officio solebat, puta parentibus, uxoribus, liberis dare tantum quantum illa spes alimentorum, ratione habitæ ætatis occisi, valebat.

XIII. *Qui mutilavit, aut coniecit in carcerem?* R. Similiter ad impensas: & ad æstimationem ejus quod mutilatus, aut

aut in carcerem conjectus, minus poterit lucrari.

XIV. *Adulter & adultera?* R. Non tantum indemnem prestare maritum ab aliena prole; sed & legitimis liberis rependere, si quod damnum patiantur, ex concursu ita susceptæ sobolis, ad hæreditatem.

XV. *Qui virginem immittitibi, aut fraude?* R. Rependere quanti minoris ipsi valet spes nuptiarum: imo & ducere, si ea promissione corporis usuram impetra-verit.

XVI. *Fur & raptor?* R. Rem subtractam reddere, cum suo incremento naturali; & cum sequente damno, aut cessante lucro: & si res perierit, æstimationem mediam.

XVII. *Quinam alii in hac classe ponendi?* R. Qui legitima vectigalia fraudant; qui iudicio, accusatione, testimonio, injustis, damnum dederunt.

XVIII. *Qui contractui, aut promissioni, casum dedit dolo, vi, aut metu injusto?* R. In integrum restituere eum quicum actum est: quia ille jus habuit, tum ne deciperetur, tum ne cogeretur.

XIX. *An bello obrentum repelli potest?* N. Si fuerit justum: quia jure gentium talis belli metus pro justo habetur: potest
vero

vero id quod pirata, aut latrones, metu expresserunt.

XX. Si roges, aut magistratus, non inhi-beant latrocinia & piraticam? R. Tenentur ex neglectu; si non adhibeant ea quae possunt, ac debent, remedia.

XXI. Si civibus potestatem in hostem pra-dandi dederint; si vero, patriam relicta, dissi-piant amicos; neque redeant, quamvis revo-cati? R. In nihil amplius, quam ut noxios repertos puniant, aut dedant; ac in bona raptorum jus reddi curent.

XXII. Si mancipium alicujus, aut ani-mal, aut navis, damnum dederit? R. Sine culpa dominus ad nihil tenetur.

XXIII. Si damnum datum adversus ho-norem & famam, verberibus, contumeliis, maledictis, calumniis, irrisu, aliisque simili-bus modis? R. Reparandum est, culpae con-fessione, exhibitione honoris, testimonio innocentiae, & similibus; etiam pecunia.

CAP. XVIII.

De legationum jure.

I. Inter obligationes illas, quas ipsum per se jus gentium induxit, qua est praecipua?

R. Jus legationum; quo sacrosancti esse legati dicuntur.

H. An

II. *An ad omnes legatos hoc jus pertinet?*
 N. Sed ad eos, quos mittunt qui summi imperii sunt compotes inter se: nam provinciales, municipales, aliique, non jure gentium, sed civili reguntur.

III. *An jus legationis habent qui impari fœdere junguntur?* A. Cum sint sui juris.

IV. *An & qui ex parte subditi sunt, ex parte non sunt?* A. Pro ea parte qua non sunt subditi.

V. *An reges bello solemniter victi, & regno exuti?* N. Quia hoc, cum aliis regni bonis, perdiderunt: in bellis vero civilibus, necessitas interdum locum huic juri facit, extra regulam.

VI. *An piratae & latrones?* N. Quia civitatem non faciunt: sed tamen, fide data, illud nancisci possunt.

VII. *An legatos omnes admitti præcipit jus gentium?* N. Sed vetat sine causa rejici.

VIII. *Qui legati vetari possunt?* R. Qui ab hoste armato veniunt: in quos est odium peculiare: cum causa mittendi suspecta est; aut non ex dignitate, aut temporibus conveniens: item legationes afflictae.

LX. *An legati sunt inviolabiles?* A. Ita ut, jure gentium, nec rei fieri possint, nec eorum.

eorum corporibus vis inferri.

X. *Si deliquerim?* R. Delictum leve dissimulandum; aut jubendus è finibus decedere legatus.

XI. *Si crimen sit atrocius, malumque spectans publicum?* R. Mittendus ad mittentem; cum postulato ut puniat, aut dedat.

XII. *Si imminet periculum?* R. Retineri potest, ac interrogari; quando nulla alia ratione obviam iri potest.

XIII. *Si vim armatam intentet?* R. Occidi potest; non per modum poenæ, sed naturalis defensionis.

XIV. *Quinam, & quando, lege de non violandis legatis obligantur?* R. Ad quos mittuntur; si admissi fuerint: quia scilicet ab eo tempore tacita intercessit pactio.

XV. *An & ii, per quorum fines legati, non accepta venia, transeunt?* N. Quin etiam, si ad eorum hostes eant, aut ab iis veniant, aut hostilia moliantur, interfici possunt.

XVI. *Si nihil sit tale, ac male tamen tractentur?* R. Non quidem jus gentium violatur; sed amicitia ac dignitas mittentis; ejusve ad quem eunt.

XVII. *Legatio apud hostes & inimicos, habetne etiam jus gentium praesidium?* A. Si admissa fuerit,

XVIII. *An*

XVIII. *An jure talidnis interfici, aut male tractari, legatus potest; ab eo veniens qui tale quid patruerit?* N. Jus enim gentium non tantum mittentis cavet dignitati; sed & ejus qui mittitur securitati; huic ergo fit injuria, quamvis non mittenti.

XIX. *An comites & vasa legatorum etiam sancta sunt?* A. Sed accessorie, quatenus legato videtur.

XX. *Comites an bi abstrahi possunt, gravibus aliquod delinquentes?* N. Sed à legato postulandum, ut eos dedat: quod si nolit, ipse compellendus est.

XXI. *An legatus habet jurisdictionem in familiam; aut jus asyli, pro quibusvis eo confugientibus?* R. Non habet jure gentium: pendet autem hoc ex concessione ejus apud quem agit.

XXII. *Bona legati mobilia an, pignoris causa, aut ad solutionem debiti, capi possunt?* N. Nam ut plena sit legato securitas, ab eo abesse debet omnis coactio; tam quæ res ei necessarias, quam quæ personam tangit.

XXIII. *Si quid igitur debiti contraxit?* R. Ipse compellendus erit amice; & si detrectet, is qui misit: ita ut ad postremum usurpentur ea quæ adversus debitores, extra territorium positos, usurpari solent.

CAP.

CAP. XIX.

De Jure sepultura.

I. **Q**uid porro ex jure gentium nascitur?
 R. Jus humandi mortuos.

II. *Unde id ortum?* R. Ut cave-
 retur, ne alia animantia humando corpo-
 re pascerentur: hoc enim indignum vide-
 batur; cum homo cæteris animantibus
 præstaret.

III. *Quibus debetur sepultura?* R. Non
 tantum amicis; sed & inimicis; imò & ho-
 stibus publicis: quia officium sepeliendi
 non tam homini, quam humanitati præ-
 statur.

IV. *An & facinorosis?* A. Idque etiam
 lege Hebræa, Romana, aliorumque popu-
 lorum, ob id laudatorum.

V. *Lege vero Hebræa excipiebantur, qui
 sibi ipsi montem consciverant?* R. Nempe
 quoniam in hos aliud supplicium constitui
 non poterat; mortem pro supplicio non
 habentes.

VI. *Si sepultura negetur?* R. Juste tunc
 bellum suscipi posse veteres censuerunt.

CAP. XX.

De Pœnis.

I. **C**onsideratū factū ut possunt reparari, quomodo porro consideranda? R. Ut punienda.

II. *Quid est pœna?* R. Malum passionis, quod ob malum actionis infligitur.

III. *An aliquem pœna afficere licet?* A. Nam inter licita naturā, & non iniqua, hoc etiam est ut, qui malum fecit, malum ferat.

IV. *Cui competit jus puniendi?* R. Hoc per naturam quidem non determinatur; sed conveniens est ut punitio fiat à superiore, vel meliore, vel minus nocente.

V. *An omnino puniendi nocentes?* N. Multis enim nocentibus multa & Deus, & homines, condonant; ac ob id laudantur.

VI. *An homo potest ab homine puniri, tantum puniendi causa?* N. Quia in pœna bonum aliquod proponi debet, quale nullum in mera reperitur ultione.

VII. *Qua igitur utilitas consideranda?* R. Ejus

Ejus qui peccavit: cuius intererat non peccatum esse; indistincte quorumlibet.

VIII. *Qua pœna primum finem respicit?*
R. Quæ in emendationem constituitur; peccantem reddens inliorem, medendi modo quæ est per contraria.

IX. *Quibus hac pœnitio competit?* R. Naturâ cuius iudicio valenti, quique ejusmodi generis, aut paribus, vitiis non tenetur.

X. *In quo sita est utilitas ejus cuius intererat non peccatum esse?* R. Ne posthac tale quid patiatur, aut ab eodem, aut ab aliis.

XI. *Quomodo prius curabitur?* R. Si delinquens tollatur; vel nocendi vires ei adimantur; vel suo malo dedoceatur delinquere.

XII. *Quomodo posterior?* R. Aperta atque conspicua, quæ ad exemplum pertinet, pœnitio.

XIII. *Ad hos fines, & intra equi terminos, privata vindictio qua dirigitur an licita?* A. Sed cum in rebus nostris, & nostrorum affectu, corrumpamur, constituti iudices sunt, iisque solis vindicandi potestas à civitate concessa.

XIV. *Quis procuratur utilitas indistincte quorumlibet?* R. Hoc agendo ne, qui unum nocuit, & aliis noceat; aut ne alii, impunitate illecti, aliis quibusvis molesti sint.

XV. *Quo-*

XV. *Quomodo?* R. Delinquentem tollendo; aut debilitando, vel constringendo, ita ut nocere nequeat; aut emendando.

XVI. *Quem penes est juris hujus potestas?* R. Naturaliter penes unumquemque: sed ob vitandas rixas, placuit hominum justis communitatibus eos deligere; quos optimos, ac prudentissimos, esse putarent; aut fore sperarent.

XVII. *Castigationes neque infamiam, neque damnum permanens, relinquentes, & pro aetate, aut alterius qualitate, ratione necessaria, an repugnant præceptis Evangelicis?* N. Si fiant ab iis quibus lex humana permittit; à parentibus scilicet, tutoribus, dominis, magistris: sunt enim hæc innocentia animorum remedia.

XVIII. *An ultio, quatenus duntaxat animum dolentis exsatiat?* A. Nam & hæc illicita est naturaliter.

XIX. *An ea qua, non præteritum respiciens, cavet in futurum?* R. Et hanc condonari vult Christus, si lædens probabilia det pœnitentiæ testimonia.

XX. *Si bac absint?* R. Damnum haud nimium grave insuper habendum Christus, dimittendæ tunicæ præcepto, docet.

XXI. *Si dissimulatio magnum secum ferat periculum?* R. Ea cautione contenti esse debe-

debemus, quæ quam minimum noceat.

XXII. An legi Evangelica repugnant pœna qua publico bono consulunt, tollendo, aut coercendo, nocentem, ne cui noceat; aut alios exempli severitate deterrendo? N. Hæ enim, lege Mosis imperatæ, per Christum sublata non sunt.

XXIII. An Christiano homini privato, si de sui, si de publico boni causa, licet pœnam capitalem sumere de improbis? R. Id valde intutum est; quanquam jure gentium nonnunquam permittatur. Unde laudandi navigaturi, qui mandatis à publica potestate instruuntur; ad persequendos piratas, si quos in mari repererint; ut data occasione uti possint, non quasi ausu suo, sed publice jussi.

XXIV. An ad criminum accusationes admittendi quibus id libet? N. Sed quibus id muneris impositum est à potestate publica: ut nihil quisquam faciat ad alienum sanguinem fundendum, nisi officii necessitate.

XXV. An se, sua sponte, ad ea publica munera, qua de sanguine judicium habent, licet ingerere? N. Neque enim decet hominem Christianum, jus vitæ & necis in cives, sibi (tanquam omnium excellentissimo, & cuidam Deo inter homines) deferri

ferri æquum existimare, ac profiteri.

XXVI. Leges humana interfectionem quorundam permittentes, quid præstant? R. Si dolori indulgent, pœnam humanam tollunt; non vitium.

XXVII. Si respiciunt futuri mali periculum, ex dilatione pœna? R. Censentur jus, ac potestatem publicam, privato concedere; ita ut in eo privatus non sit.

XXVIII. An omnes actus vitiosi possunt ab homine puniri? N. Naturæ enim humanæ congruum non est, ut ex actibus mere internis jus, aut obligatio, nascatur inter homines.

XXIX. An actus inevitabiles naturæ humana? N. Si sint naturæ humanæ simpliciter.

XXX. An quædam huius, & nunc, inevitabilia, ob corporis concretionem in animum transeuntem; aut adultam consuetudinem? A. Non tam in se, quam ob culpam præcedentem; quia aut neglecta sunt remedia, aut ultro attracti in animum morbi.

XXXI. An peccata, quæ nec directe, nec indirecte spectant ad societatem humanam, aut ad hominem alterum? N. Talia enim sapientissimo, æquissimo, potentissimoque iudici, Deo relinquenda.

XXXII. An actus oppositi misericordie, liberalitati, gratiarum relationi, similibusq;
coactio-

coactionem repudiantibus virtutibus? N. quia tunc harum virtutum actus necessarii fierent, adeoque excellentem suum honestatis gradum amitterent.

XXXIII. *Quando licet ignoscere?* R. Cum causæ subsunt probabiles; eæve intrinsecæ, aut extrinsecæ.

XXXIV. *Quæ esse possunt intrinsecæ?* R. Cum poena, si non injusta, dura tamen est, ad factum comparata.

XXXV. *Quæ extrinsecæ?* R. Ex aliquo merito, aut alia re commendante; aut etiam spe magna in posterum.

XXXVI. *Quæ poena taxatio ex merito?* R. Ultra meritum nemo puniri debet: & intra meriti modum, magis aut minus, peccata puniri, pro utilitate.

XXXVII. *Quæ in merito examinanda?* R. Causa quæ impulit, causa quæ retrahere debuit, & personæ idoneitas ad utrumque.

XXXVIII. *Quæ causa sunt impellentes?* R. Declinandi mali impetus, & appetitus tendentes ad aliquod bonum; sive id verum sit, idque delectans, aut utile; sive imaginabile.

XXXIX. *Quomodo horum conspectu meritum augetur, vel minuitur?* R. Ea quæ mortis, carceris, doloris, & summæ egestatis, vitandæ causa sunt, sunt maxi-

maxime excusabilia: in reliquis, quo peccata magis abeunt à natura, eo sunt foediora.

XL. *Qua causa sunt abstrahentes à delinquendo?* Generaliter injustitia; quæ eo major, quo alteri majus infertur damnum: ad quam & alia sæpe accedunt vitia, delictum augetia.

XLI. *Cui fini consideratur persona aptitudo?* R. Aut ad considerandas causas avertentes; aut ad suscipiendos affectus, in corporis mixtura, ætate, sexu, educatione, circumstantiis actus.

XLII. *Quid hic tenendum?* R. Quo animi eligentis judicium magis impeditur, quoque magis naturalibus causis, eo delictum esse minoris.

XLIII. *Quo nos ducit caritas ejus qui punitur?* R. Ad minimum, intra concessum modum; nisi plurium caritas justior aliud suadeat, ob causam extrinsecam.

XLIV. *Quam?* R. Interdum ingens periculum, ab eo qui deliquit; plerumque exempli necessitas.

XLV. *Unde hac nascitur?* R. Ex generalibus invitamentis ad peccandum, quæ reprimi, nisi acribus remediis, nequeunt; suntque præcipua consuetudo, & facilitas.

XLVI. *Quis ob facilitatem?* R. Ob hanc, lex divina, Hebræis data, gravius punit furtum de pascuo, quam de domo.

XLVII. *Quis ob Consuetudinem?* R. Quamvis ea aliquid de culpa detrahat; pœna tamen acrimoniam ex alia parte flagitat; quoniam nimium multis grassantibus opus exemplo est.

XLVIII. *An ob quavis delicta bella suscipienda?* N. Nam ne leges quidem suam illam ultionem, quæ tuto, nec nisi nocentibus, nocet, omnibus culpis impendunt.

XLIX. *An justum est bellum ob delicta inchoata?* N. Nisi res sit gravis; & eo processum sit ut, ex tali actu, certum sit secuturum malum, aut ingens periculum.

L. *Quomodo?* R. Ita ut vindicatio conjuncta sit cum cautione futuræ noxæ; aut læsam tueatur dignitatem, aut pernicioso exemplo occurratur.

LI. *An Reges, & populi, bellum recte inferunt, ob ea quæ contra jus natura fiunt; non tamen adversus ipsos, ipsorumque subditos?* A. Imo tantò honestius est alienas injurias, quam suas, vindicare; quanto in suis magis metuendum est ne quis, doloris sui sensu, aut modum excedat, aut animum influat.

LII. *In quos naturale bellum est?* R. In belluas,

belluas, hominesque belluis similes; qui in parentes impii sunt; qui humanam carnem epulantur; qui piraticam exercent; qui in naturam delinquant.

LIII. *An bellum suscipiendum ad vindicanda delicta in Deum commissa?* R. Hæ notitias universales (Numen aliquod esse; & curari ab eo res hominum; adeoque colendum) qui primi tollere incipiunt, in bene constitutis civitatibus recte coercentur; imo & coerceri possunt, nomine humanæ societatis, quam sine ratione probabili violant.

LIV. *Quid de cæteris notionibus dicendum?* R. Hæ, Deum esse unum, incorporeum &c. non sunt ita evidentes: adeoque ipsa lex Dei, quanquam falsorum deorum cultus maxime detestatur, non tamē omnes ejus culpæ convictos morte punit; sed eos demum quorum facta circumstantiam habent singularem,

LV. *An axma licet inferre populis, ideo quod Christianam religionem, sibi propositam, nolint amplecti?* N. Quia hujus religionis veritas penitus in animum admitti nequit, nisi secretis Dei auxiliis accedentibus: quæ si negentur, negantur ob causas plerumque nobis ignotas; ac proinde humano judicio non punibiles.

LVI. *Quid de eo Christus?* R. Ipsi omnino

nino placuit ut, ad legem suam recipiendam, nemo hujus vitæ pœnis, aut earum metu, pertraheretur.

LVII. *Qui vero Christianismum docentes, aut profitentes, eam ob causam, pœnis subdant?* R. Faciunt contra ipsam rationem: nihil enim est in ea disciplina, per se considerata, quod humanæ societati noceat; imo nihil quod non profit.

LVIII. *Qui supplicium grassantur in eos qui Christi legem pro Vera habent; sed de quibusdam dubitant, aut errant, quæ aut extra legem sunt, aut in lege sensum videntur habere ambiguum, & ab antiquis Christianis non eundem in modum exposita sunt?* R. Perinique faciunt: quod ex antedictis, & Judæorum exemplo veteri, ostenditur.

LIX. *Si gravior sit error, & qui, apud æquos judices, facile possit sacra auctoritate, & veterum consensu, revinci?* R. Cogitandum hic quoque quanta sit vis inolitæ opinionis; & quantum libertatem judicium minuat in suam cujusque sectam studium: adde quod quanta hic sit culpa, pendet ex modo illuminationis aliisque animi dispositionibus, quos hominibus pernoscere non est datum.

LX. *Si qui in eos, quos Deos putant, irreverentes sunt, atque irreligiosi?* R. Justius puniuntur: cum & qualiacunque, que putan-

putantur, numina pejerata, à vero Numi-
ne vindicentur.

CAP. XXI.

De Pœnarum communicatione.

I. **Q**uomodo pœna transit ad eos qui delicti sunt participes? R. Ita ut non tam ex alieno, quam ex suo, delicto puniantur.

II. *Hi qui sunt?* R. Ferme iisdem modis in delicti partem quis venit, quo in damni dati. de quo Cap. 17.

III. *Quomodo Rectores aliorum in crimen veniunt?* R. Præcipue ex patientia, & receptu.

IV. *Quæ patientia?* R. Ut delinquat quis scit delinqui; quique prohibere potest, ac tenetur, nec prohibet.

V. *Receptu?* R. Ut civitas, apud quam nocens degit, delinquat, si eum, ab eo cui nocitum est, puniri impediat.

VI. *Intutum autem in civitatem, armata manu, intra alterius fines, pœna expetenda nomine, venire.* R. Civitatis est ut, interpellata, pro merito puniat nocentem; aut ut eum arbitrio interpellantis permittat.

VII. *An his non obstant illa adeo pradecata supplicum jura, & asylosum exempla?*
 N. Hac enim ad infortunatos tantum, non ad nocentes, pertinent: puniendi vero, aut dedendi, aut amovendi sunt, qui commiserunt quod societati humanæ, aut hominibus aliis, sit injuriosum.

VIII. *Jus deposcendi ad pœnas eos qui extra territorium profugerunt, circa quæ crimina usurpatur?* R. Nunc fere circa ea demum, quæ statum publicum tangunt; aut quæ eximiam habent facinoris atrocitatem: minora vero mutua dissimulatione transmitti invaluit; nisi fœderis legibus propius quiddam convenerit.

IX. *An pœna ob delictum universitatis semper exigi potest?* R. Extinctis illis, per quos ad universitatem deducebatur meritum, ipsum quoque extinguitur; ac proinde & pœnæ debitum, sine merito non consistens.

X. *An delicti immunes, ob alienum delictum, puniri possunt?* N. Quia obligatio ad pœnam oritur ex merito: hoc autem personale est; quippe ex voluntate ortum habens, quia nihil nobis magis est proprium.

XI. *Nonne vero Deus paternam impietatem sese in posteros vindicaturum minatur?*
 R. Sed ipse jus dominii habet plenissimum

in res, & vitam nostram, ut munus suum; quod sine ulla causa, & quovis tempore, auferre cuivis potest. Si igitur immatura morte, ac violenta, liberos rapiat, in ipsos jure dominii utitur, non pœnæ; ac eodem facto gravius punit parentes.

XII. *Perduellsum liberi an licite puniuntur?* R. Si quid habeant, aut expectare possint, in quod jus proprium sit, non ipsis, sed populo, aut regi, id ipsis auferri potest jure quodam dominii; cujus tamen usus redundet in pœnam eorum qui peccaverunt.

XIII. *At populum, teste Davide, innocentem Deus, ob Davidis peccatum, pestilentia confecit?* R. Sed jure plenissimi dominii: interim hæc pœna non populi, sed Davidis erat; acerbissimum enim, delinquentibus regibus, supplicium est id quod populis infligitur.

CAP. XXII.

De causis injustis.

I. **Q**ualia sunt bella, nec justificas, nec suasorias, causas habentia? R. Ferina.

II. *Tantum suasorias, non justificas, habentia?* R. Prædonum.

III. *Si vicinus, nulla passione impeditus, in suo arcem faciat, aut munitionem aliam, qua damnum aliquando dare possit, an justa erit belli causa?* N. Nam adversus tales metus contrariæ in suo munitiones, & si quæ sint similia remedia quaerenda sunt; non vis bellica.

IV. *Si negetur matrimonium, cujus laxa sit copia?* N. Quia utilitas par jus non facit cum necessitate.

V. *Si desideretur sedis mutatio?* N. Eandem propter rationem.

VI. *Escotne Inventionis titulo, sibi vendicare ea qua tenentur ab improbo, de Deo male sentiente bebetis ingenis?* N. Inventio enim eorum est quæ nullius sunt: neque virtus moralis, aut religiosa, neque intellectus perfectio, ad dominium requiruntur.

VII. *An justa belli causa est libertatis desiderium in populo subdito?* N. Si legitima causa venerit in servitutem: contentus enim sua conditione esse debet.

VIII. *An voluntas regendi alios invidiosæ quasi ad sperandum bonum?* N. Rationis enim usum habentibus libera esse debet, utilium, aut inutilium, electio.

IX. *Titulus universalis imperii, Imperatori Romano adscriptus?* N. Nam stultus est hic titulus.

X. *Adscriptus Ecclesia?* N. Quia Paulus

lus

Ius I. Cor. v. aperte dicit, sibi jus non esse judicandi eos qui extra Christianismum sunt: jus quoque, quod Apostolis competit judicandi, erat cœlestis, non terrestris, ingenii; non per arma, & flagra, sed verbum Dei exercendum.

XI. *Episcopi, qua tales an jus regnandi in homines humano more, habent?* N. Nam Christus, à quo omnis ecclesiastica fluxit potestas, regnum suum de hoc mundo esse negat.

XII. *Spes ex aliqua divinorum Vaticiniorum explanatione concepta, an iustum bello causam dat?* N. Quis enim ea interpretabitur? neque ullum jus dat prædictio; nisi expressum Dei mandatum adfit.

XIII. *An, si quis quid debeat, non ex propria justitia, sed liberalitate, misericordia, aut virtute similis?* N. In nobis enim jus quoddam ad hoc esse debet: nec dans beneficium ad gratiam reposcendam jus habet; quia aliàs contractus foret, non beneficium.

CAP. XXIII.

De causis dubiis.

I. *S*iquid, re ipsa, justum, ab eo fiat qui, ex-
 pensis omnibus, injustum se existimat,
 qualis erit actus? R. Vitiosus: vim
 enim judicatricem, humanis actionibus
 duccem, Deus addidit; qua contempta ob-
 arutescit animus.

II. *Si judicium hesitet?* R. Abstinentium
 re dubia.

III. *Si alterutrum omnino faciendum?*
 R. Eligendum quod minus iniquum vide-
 bitur.

IV. *Cum animus, in rebus dubiis, post ali-
 quod examen, non semper habeat in medio;
 quibus in alteram partem ducitur?* R. Argu-
 mentis rerum, è causis, effectis, & adjunctis,
 aliis; aut auctoritate.

V. *Si ab utraque parte argumenta, si ve
 intrinseca, si ve extrinseca, sint?* R. In re me-
 iocri, videtur vitio carere posse electio;
 utramvis partem ceciderit.

VI. *In re gravi?* R. Sumendum quod
 tutius.

VII. *Si de bello questio?* R. Inter senten-
 as alternantes vergendum ad pacem:

CUM

cum ex bello plurima, etiam in innocentes, mala sequantur.

VIII. *Quid bellum vitabitur?* R. Colloquio, compromisso, sorte.

IX. *Si, qui justam causam habere se scit, & documenta, quibus possidens de possessionis injustitia convincatur, non habeat sufficientiam?* R. Bellum erit illicitum: jus enim cogendi alterum, ut de possessione decedat, non habet.

X. *Si neuter possideat?* R. Res dividenda.

XI. *Bellum, ratione habita principalium ejus motorum, an utrinque justum esse potest?* N. Ut nec lis: si justum dicatur ex causa; speciali justitiæ acceptione, & quidem positiva, ad opus pertinente: quia facultas moralis ad contraria non datur, per ipsius rei naturam.

XII. *An vero fieri potest, ut neuter injuste agat?* A. Quia nemo injuste agit, nisi qui & scit se rem injustam agere.

CAP. XXIV.

*Monita de non temere etiam ex
iustis causis, bello suscipiendo.*

I. *Ue iam satis comperto, an bellum sta-
tim suscipiendum? N.* Plerumque e-
nim magis pium, ac rectum, ut bel-
lum vitetur, jus suum, maxime ad pœnas,
remittere.

II. *An & nobis ipsis nostrisque, prastan-
dum habemus aliquando, ne ad arma ve-
niantur? A.* Quoties ex usu non est.

III. *Libertas ne an pax prasterenda?
R.* Vita pluris est quam libertas; sive u-
trumque sumas in uno homine, sive in toto
populo: omnium enim ea bonorum tem-
poralium fundamentum est, & æternorum
occasio.

IV. *An idem de rebus aliis expetibilibus
licendum? A.* Si oppositi mali majoris ju-
rior, aut par, sit expectatio.

V. *An rex qui ob causas leves, aut ad-
xigendas pœnas non necessarias, magnum-
ve sexum periculum trahentes, bellum susci-
pit, tenetur subditis ad reparationem damno-
rum, qua inde oriuntur? A.* Neque enim
rudentia tantum, aut suorum caritas,
exigit

exigit ut bello periculoso abstinetur; sed sæpe etiam iustitia rectoria; quæ, ex ipsa regiminis natura, superiorem non minus ad curam pro inferioribus, quam inferiores ad obedientiam, obligat.

CAP. XXV.

De causis belli pro aliis suscipiendis.

I. *Quæ causa iusta esse possunt aliis opero ferentibus?* R. Eadem quæ iustæ sunt eî cuius res agitur.

II. *Quæ prima est, & maxime necessaria?* R. Cura pro subditis; familiari, vel civili, imperio subiectis: sunt enim pars quasi rectoris.

III. *An semper iusta subditi alicujus causa retores, ad bella sumenda, obligat?* N. Sed ita demum si id sine omnium, aut plurium, subditorum incommodo fieri potest: officium enim rectoris est magis circa totum, quam circa partem, versari.

IV. *Civis innocens, ab hoste si deposcatur ad exitium, an deseri potest?* A. Si appareat civitatem hostium viribus multo esse imparem.

V. *An etiam in manus tradi, ut civitati imminens excidium vitetur?* R. Ipse civis

se hosti tradere tenetur; non ex iustitia proprie dicta, sed officio dilectionis: hoc autem omitti sine culpa nequit.

VI. *An idem ad hoc, quod ex caritate facere tenetur, potest cogi?* A. Quia superior non ad ea tantum, quæ ex jure stricto debet inferior, cogere potest; sed etiam ad alia, quæ à qualibet virtute præcipiuntur.

VII. *Quinam subditis proximi sunt, ut defendi debeant?* R. Socii, in quorum fide comprehensum id est; sive in tutelam sese, & fidem, aliorum dederint; sive mutua auxilia pacta sint.

VIII. *Si boni exitus spes nulla sit, an socius socium defendere tenetur?* N. Boni enim; non mali, causa contrahitur societas.

IX. *An & defendendi amici, quibus non sit promissum auxilium?* A. Habita scilicet amicitie ratione; si facile, & sine incommodo, possit exhiberi.

X. *An & hominibus quibusvis?* A. Hominum enim inter se conjunctio sola ad opem ferendam sufficit.

XI. *An non id, sine peccato, quandoque potest omitti?* A. Si quis aut sibi metuat, aut innocentis vitæ.

XII. *An iustum est bellum, pro defendendis subditis alienis, ut ab eis arceatur impetrantis injuria?* A. Si manifesta sit injuria; eaque

eaque in subditos exercentur, quæ æquò nulli probentur: tunc enim præclusum non est jus humanæ societatis.

XIII. *Si subditi verò deliquerint; ac dubia sit causa?* N. In hoc enim instituta est imperiorum illa distributio, ut rectorum quisque in suos animadvertat.

XIV. *Societates, & milites mercenarij, suntne justæ?* N. Si sint sine discrimine causarum: nullumque vitæ genus improbius eorum, quibus ibi fas, ubi plurima merces.

XV. *An præda, & stipendij causa; militare justum?* N. Si id unice, aut præcipue spectetur: cum alioqui omnino licitum sit accipere stipendium.

CAP. XXVI.

De causis justis, ut bellum geratur ab his qui sub aliena imperio sunt.

Qui sunt in consideratione parandi? R. Filii familiarum, servi, subditi; etiam cives singuli, si cum civitatis suæ corpore comparentur.

Quid his faciendum, si ad deliberationem adsibeantur; aut libera ipsis detur

optio militandi, aut quiescendi? R. Easdem sequi debent regulas, quas illi quæ suo pte arbitrio, pro se aut aliis, bella suscipiunt.

III. *Si imperetur ipsis, & causam belli credant injustam?* R. Non militandum: Deo enim potius, quam hominibus, obediendum.

IV. *An item si dubitent?* A. Contemplative enim dubitans, activo iudicio partem eligere debet tutiorem.

V. *Quæ carnifex iuste potest damnatum occidere?* R. Si ipsi cognita sint causæ merita; aut quod quæstioni & actis, interfuerit; aut ex rei confessione: ut satis ei constet mortem ab eo commeritam.

VI. *Si subditi dubitent, quid erit magistratus officium?* R. Hac in re ipsis parere, sub onere tributi extraordinarii: præsertim ubi non defuturi sint alii, qui militent.

VII. *Si de causa belli dubitare non possit?* R. Iniquum videtur, ut Christiani invitæ cogantur militare.

disti-

Institutionum Juris
Naturalis & Gentium

Liber tertius.

CAP. I.

*Quantum in bello liceat, regule
 generales ex jure natura.*

I. **P**ostquam visum quibus, & quibus de
 causis, bellum gerere liceat, quid
 nunc expendendum? R. Quid, quan-
 tumque, liceat in bello, quibusque mo-
 dis: hoc autem nude spectatur, aut ex
 promisso antecedente: nude ex jure natu-
 ræ primum, dein ex jure gentium.

II. *Quomodo ad ea, qua ad finem juris
 consequendi sunt necessaria, jus habere intel-
 ligimur?* R. Ita ut, quo me & mea ser-
 vem, liceat mihi, vi qualemcunque, injuri-
 am à me arcerè.

III. *An jus nostrum ex solo belli principio
 spectandum?* N. Sed & ex causis subnascen-
 tibus: sic jus mihi est me tuendi adversus

eos qui se aggregant me impetenti: bello injusto se nescientes tenentur ad resarcienda damna; & poenae meritum contrahunt.

IV. *Quomodo quadam, sine injuria, consequuntur, quae ex proposito non licerent?* R. Ut nostrum consequamur, si tantumdem accipi non potest, plus accipere nobis jus est: sub obligatione tamen pretium, ejus quod redundat, restituendi.

V. *Quid in eos licet qui hostibus res subministrant?* R. Si ea sint ad bellum necessaria, sunt in partibus hostium: contra vero si nullum in bello usum habeant.

VI. *Si in bello, & extra bellum, usum habeant?* R. Si tueri me non possim, nisi quae mittantur intercipiam, jus dabit necessitas; sed sub onere restitutionis, nisi alia causa accedat.

VII. *Si juris mei executionem rerum subiectio impedierit?* R. Si hoc scire potuerit qui advexit, de damno culpa dato tenebitur.

VIII. *An dolo uti in bello licet?* A. Negativo scilicet: cum enim nec quae scias, nec quae velis, aperire omnia tenearis; sequitur ut dissimulare quaedam, apud quosdam, id est tegere & occultare, fas sit.

IX. *An qui in actu positivo consistit, in rebus,*

rebus; quæ est dissimulatio? R. Rebus aliis uti licet, etiam si prævideamus futurum ut alter inde falsam concipiat opinionem; si scilicet nullum sequatur inde nocumentum illicitum.

X. *An qui in sermone, quæ est mendacium?* R. Non omnis usurpatio locutionis, quæ sciatur in alium sensum accipienda, est illicita.

XI. *Quid ad communem mendacii naturam requiritur?* R. Significationis falsitas: scilicet ut quod dicitur, scribitur, rotatur, innuitur, intelligi aliter nequeat, quam in eum sensum qui à mente proferentis discreper.

XII. *An hac laxiori notione sumtum mendacium est illicitum?* R. Ut mendacium naturaliter sit illicitum, strictior mendacii significatio differentiam aliquam propriam adjiciat necesse est.

XIII. *Quam?* R. Secundum communem gentium existimationem, nulla videtur alia dari posse præter repugnantiam cum jure, existente ac manente, ejus ad quem sermo, aut nota dirigitur.

XIV. *Quid hoc jus?* R. Judicandi libertas, quam homines colloquentes, hi quibus colloquuntur, debere, quasi pacto quodam tacito, intelliguntur.

XV. *Ch*

XV. *Cur hoc?* R. Hæc enim, nec alia, est mutua illa obligatio, quam homines introduci voluerunt; simulatq; sermone, notisque similibus, uti instituerunt. Nam sine tali obligatione, inane fuisset tale re-
pertum.

XVI. *Cur desideratur ut, quo tempore sermo fit, jus illud subsistat, ac maneat?* R. Quia fieri potest ut jus quidem fuerit; sed sublatum sit, alio jure superveniente.

XVII. *An licitum falsum loqui apud infantes, & amentes?* A. Cum enim in illis iudicii libertas non sit, non potest eis, circa eam libertatem, injuria fieri.

XVIII. *An cum is decipitur ad quem sermo non est; & quem, extra sermonem, decipere liceret?* A. Quia cum eo non agitur: illiusque respectu sermo non est fermo: eoque nulla est ad illum obligatio.

XIX. *Cum quis egrotantem, persuasionem non vera, solatur: aut in prælio periclitanti animum addit, quo salvetur?* A. Quia certum est eum, ad quem sermo est, non modo id non ægre laturum; sed & acturum gratias: adeoque ei non fit injuria; utpote volenti: quia hic tacita voluntas pro expressa haberi debet.

XX. *Cum*

XX. *Cum loquens utitur jure supereminente in sibi subditum?* A. Hoc enim jure, ipsius bono, sive proprio, sive publico, uti potest.

XXI. *Cum vitam innocentis, aut par aliquid, tueri aliter non possumus?* A. Cum enim alterius vitam servo, aliumque ab improbo facinore avertō, nemini facio injuriam.

XXII. *An admittenda interpretationes tacita; nescio, scilicet ut tibi dicam; non habeo, scilicet ut tibi dem, & similes?* N. Sic enim negare quis dici posset, qui affirmat; affirmare qui negat: nam nulla est vox quæ non recipiat ambiguum.

XXIII. *An apud hostem licitum falsiloquium?* A. Quoad asserentem sermonem; & quidem talem quæ nulli, nisi publico hosti, noceat. N. Quoad promittentem: nam ex promissione jus speciale, ac novum, confertur ei cui fit promissio.

XXIV. *Quid de his lex Christi?* R. Generosius, & Christianæ simplicitati convenientius, & falsiloquio, in hostem quoque, abstinere: cum & vaniloquentia interdicta sit.

XXV. *An licet nobis quenquam impellere ad id quod nobis licet, ipsi non licet?*

N. Sem-

N. Semper enim qui alteri peccandi causam dat, peccat ipse.

XXVI. *Si opera ultro offeratur?* R. Licet ea uti ad rem licitam.

CAP. II.

Quomodo, jure gentium, bona subditorum, pro debito imperantium, obligantur; ubi de represaliis.

I. **Q**uoniam ex facto alieno tenentur? R. Naturaliter nemo, nisi hæres: ut enim cum oneribus bona transferent, simul cum dominiis rerum, introductum est.

II. *Quo jure, pro debito imperantis, tenentur subditi?* R. Gentium; ita ut teneantur, ac obligentur, res omnes, & actus, eorum qui alicui societati, aut capiti, subsunt; pro eo quod civilis aliqua societas, aut ejus caput, præstare tenetur.

III. *Quomodo hoc exercetur?* R. Præhensione hominum, & rerum.

IV. *Quando habet locum?* R. Si jus denegetur; si in fontem, aut debitorem, judicium, intra tempus idoneum, obtineri nequeat; si, in re minime dubia, plane contra jus judicatum sit.

V. An

V. *An & Vita obligatur?* N. Fieri tamen potest ut, ex accidenti, occidatur qui per vim juris executionem impedit.

VI. *An omnes subditi injuriam facientis, jure gentium, pignorationi subjacent?*
A. Qui tales sunt ex causa permanente; sive indigenæ, sive advenæ: non qui transfundi, aut exiguæ moræ, causa alicubi sunt.

VII. *Quomodo tenentur qui, non solvendo quod debeant, aut jus non reddendo, causam dederunt pignorationibus?* R. Naturali, ac divino, jure tenentur ad refarcienda damna aliis quibus, eam ob causam, aliquid decedit.

CAP. III.

De bello justo, sive solenni, jure gentium; ubi de indictione.

I. **U**T bellum justum sit, jure gentium, cum non sufficiat utrinque inter summas potestates geri, quid ultra requiritur? R. Ut publice decretum sit: utque ejus rei significatio, ab altera partium, alteri facta sit.

II. *An semper id requiritur, jure naturali?*
R. Non ubi vis illata arcetur; aut poena

ab eo qui deliquit, deposcitur; aut si dominus rei suæ manum injicere velit.

III. *An jure gentium?* A. Ad effectus illos peculiare; non quidem utrinque; sed ab altera partium.

IV. *Quotuplex est denunciatio?* R. Conditionata, ubi cum rerum repetitione conjungitur: aut pura (quæ specialiter indictio) ubi aut bellum jam alter intulit; aut ea deliquit, quæ pœnam merentur.

V. *Bellum indictum an tantum indictum censetur summam habenti potestatem?* N. Sed & omnibus ejus subditis, ac sociis: cum sint ipsius accessio.

VI. *At eo bello finito, si populus, aut rex, ob auxilia suppeditata, bello sit impetendus, an opus erit nova inductione?* A. Ut effectus juris gentium sequantur: jam enim non ut accessio spectatur, sed ut quid principale.

VII. *Cur denunciatio ad effectus quosdam requiritur?* R. Ut certò constet, non privato ausu; sed utriusque populi voluntate, aut populi capitum, bellum geri.

VIII. *An bellum, simulatque indictum est, geri potest?* A. Nam indictio nullum post se tempus, jure gentium, requirit.

CAP. IV.

*De jure interficiendi hostes, in bello
solemni; & alia vi in corpus.*

I. **Q**uomodo hosti hostem ladere licet, in bello sole mni, jure gentium? R. Ita ut impune hoc liceat; neque puniri, ob eam causam, quis possit, tanquam homicida, aut fur; nec bellum ipsi, talis facti nomine, ab alio inferri.

II. *Illa ladendi licentia ad qua porrigitur?* R. Ad personas, ac res.

III. *Quinam, hoc jure, offendi, ac interfici possunt?* R. Omnes qui intra fines hostium sunt: nam ab his omnibus metui damnum potest.

IV. *Si eo ante bellum venerint?* R. Videntur, jure gentium, pro hostibus haberi, post modicum tempus, intra quod decedere potuerant.

V. *Subditos hostium an ubique offendere licet?* A. In solo proprio, in solo hostili, in solo nullius, in mari: non in pacato alterius territorio; ex jure imperium istuc habenti competente.

VI. *Fas hoc offendendi ad quos porrigitur?* R. Infantes, foeminas, senes, captivos,

G

suppli-

supplices, se dedere volentes, sine ulla conditione in deditioem acceptos, imo & obsides, legas interfici.

VII. *An Veneno hostem tollere licet?* A. jure naturæ: nihil enim refert, qui mortem meruit, quemque interficere licet, eum gladio, igne aut veneno, interimas.

VIII. *An jure gentium?* N. Idque ob communem utilitatem; ne pericula in bellis nimium intenderentur: utque imperantium vita, hac religione, & metu infamix, magis tuta foret.

IX. *An spicula, & aquas, Veneno inficere?* N. Jure gentium Europæarum; & si quæ ad Europæ melioris cultum accedunt.

X. *An aquas corrumpere, ne bibi possint?* A. Hoc enim idem est ac si flumen avertatur, aut fontis venæ intercipiuntur.

XI. *An hostem interficere, immisso percussore?* A. Si percussor fidem non violenter nam hostem ubivis licet occidere; nec refert quot sint qui faciant, aut patiantur.

XII. *Si fidem percussores violent?* R. Et ipsi contra jus gentium faciunt; & qui eorum opera utuntur; hoc enim permisso, eorum qui eminent nimium intenderentur pericula.

XIII. *An supra sunt permisso?* N. Jus

re gentium meliorum: quia efferata libi-
dinis actus, neque ad securitatem perti-
nens, neque ad pœnam, non bello magis
quam pace, impunitus esse debet.

CAP. V.

Derebus vastandis eripiendisque.

I. **A**N & res hostium, jure gentium, cor-
rumpi & rapi possunt? A. Muni-
tiones scilicet, portus, urbes, vici,
naves, fructus, & si qua sunt similia: nam
quos interficere licitum, eorum res eripe-
re, & corrumpere, nequit esse illicitum.

II. **S**acra, Deo ac diis dicata, an hic ex-
cipiuntur? N. Quæ enim sacra dicuntur,
revera non eripiuntur usibus humanis, sed
publica sunt; sacra autem à fine, cui desti-
nata sunt, nominantur.

III. **S**i quo in simulacro numen aliquod
inesse credatur, an id violari, aut corrumpi,
licet? R. Non ab iis qui in ea conveniunt
persuasione: contra vero si hostes non
sentiant.

IV. **A**n religiosa excipiuntur? N. Hæc
im quoque non sunt mortuorum, sed
viventium; sive populi alicujus, sive fami-
lia:

sic: quæ, ab hostibus capta, religiosa esse
desinunt.

V. *An mortuorum corpora?* R. Hæc ma-
le tractare est contra jus hominum sepe-
liendorum, jure gentium introductum.

CAP. VI.

De jure acquirendi bello capta.

I. **C***irca acquisitionem rerum, bello ca-
ptarum, quale jus naturæ?* R. Ut
nobis acquiramus paria ei quod,
cum nobis sit debitum, aliter consequi
non possumus; aut etiam quæ nocenti
damnum inferunt, intra æquum poenæ mo-
dum.

II. *Quale jus gentium?* R. Ut non tan-
tum, ex justa causa, bellum gerens domi-
nus fiat eorum quæ hosti eripit; sed &
quivis, in bello solemnium; etiam sine fine,
modoque.

III. *Quando res, hoc jure, capta censentur?* R. Cum ita detinentur, ut recuperandi
spem probabilem alter amiserit.

IV. *Qui hoc procedit in rebus mobilibus?*
R. Ut capta dicantur ubi intra fines, id
est præsidia, hostium perducta fue-
rint.

V. lo

V. *In mari naues, & alia res, quando captæ censentur?* R. Recentiori jure gentium, inter Europæos populos, ubi per hostes viginti quatuor in potestate hostium fuerint.

VI. *Quando agrî?* R. Si mansuris munitionibus ita includuntur ut, nisi iis expugnatis, parti alteri palam aditus non sit.

VII. *Si res quidem apud hostes sint; eorum vero domini nec apud hostes, nec hostium subditi, nec hostili animi, an bello acquiri possunt?* N. Nam ut res aliqua nostræ, belli jure, fiat, requiritur ut hostium fuerit.

VIII. *Res in hostium navibus repertæ an hostiles censendæ?* R. Non jure gentium, sed ex præsumptione quadam: quæ tamen validis in contrarium probationibus potest elidi.

IX. *Quæ hostibus per nos creptæ sunt, an ea vindicari possunt ab his qui, antequam hostes nos, ea possederant, & bello amiserant?* N. Jus enim gentium hostes primum, dominio externo, dominos fecit; deinde nos.

X. *Res captæ ab hostibus, bello solemnî, cui acquiruntur; ipsi sine populo, an singulis capiendis?* R. Per actus belli vere publicos acquiruntur populo: per actus privatos, quique

quique occasione belli publici sunt, primo, ac directe, privati.

XI. *Agri cui acquiruntur?* R. Populo, aut ei cuius est bellum: nam hi, nisi publico actu, inducto exercitu, impositis praefidiis, capi non solent.

XII. *Cui res mobiles, & se moventes?* R. Actu privato, & extra ministerium publicum, captae singulis capientibus: nisi lex civilis aliud statuatur.

XIII. *Actu publico?* R. Populo, aut ei cuius est bellum: nam hic singuli personam reipublicae sustinent, ejusque vice funguntur: ac proinde populus, per eos, ut possessionem, ita & dominium, nanciscitur; & id, in quos vult, transfert.

XIV. *Dispensanda tamen praeda arbitrium an non pene imperatorem est?* R. Permitti id ei quandoque solet, sed ita ut actus sui rationem populo debeat.

XV. *Quid imperator?* R. Eam refert ad aerarium; militi, ratione stipendiorum, aut meritorum, dividit; direptionem permittit; aliis concedit; factis partibus aliud atque aliud statuit.

XVI. *Si qui socii, sine stipendio, suo sumptu, suoque periculo, bellum gerant?* R. Quae capiunt, sua facere possunt: quia naturaliter socius socio tenetur ad reparationem damnorum, quae ob commune negotium eveniunt.

XVII. *Idem*

XVII. *An & in subditis localiquando procedit?* A. Ubi enim non omnes, sed aliqui, militant, his ipsis à corpore civitatis debetur retributio, ejus quod plus cæteris operæ, aut sumtus, impendunt; multoque magis damnorum: in cujus certæ retributionis locum spes prædæ, totius aut partis incertæ concedi debet.

XVIII. *Si tam exigua sint ut publicari digna non videantur?* R. Hæc ubique, populi concessu, capientes sequi solent.

XIX. *An extra territorium utriusque partis, bellum gerentis, capta sunt capiendum?* A. Jure gentium: sed in suo territorio imperans id prohibere potest.

CAP. VII.

De jure in captivos.

I. **Q**uam late patet servitium, jure gentium, quoad personas? R. Ita ut, non solum qui se dedunt, aut servitium promittunt, pro servis habeantur; sed omnes omnino bello solenni publico capti; eorumque posterum in perpetuum.

II. *Quam late quoad effecta?* R. Hujus juris effecta sunt infinita; ita ut in servum nihil non licere dicatur; & res om-

res, quæ captæ fuerant cum persona, requirantur domino.

III. *Cur hac ita introducta sunt?* R. Ut captivos, his deliniti commodis, à summo illo rigore, quo captos interficere licebat, libenter abstinerent.

IV. *Injusto bello captis an fugere non licet, nisi ad suos?* N. Quia tale religionis vinculum animis non injicitur: cum hæc belli jura tantum exterius judicium spectent.

V. *Si res suas abducant, aut laboris mercedem, siquam & supra alimenta, præstari æquum est? an eorum animus furto crimine contaminatur?* N. Modo ipsi suo, aut publica, nomine nihil domino debeant.

VI. *An serbo licitum resistere domino, jura illud externum exsequenti?* N. Alias enim jus illud inane erit: quod tamen non sola agendi impunitate, sed & judiciorum tutela constat.

VII. *Hoc jus gentium in captivos an semper, & ubique receptum?* N. Servis enim istis qui, nulla sua culpa, in eam calamitatem devenerant, apud Hebræos fuit perfugium.

VIII. *An apud Christianos?* N. His enim universim placuit, bello inter ipsos orto, captos servos non fieri; ita ut vendi possint,

sint, ad operas urgeri, & alia pati quae servorum sunt.

IX. *Cur?* R. Quia contra caritatis legem est, à miseris hominibus interficiendis, nisi minoris sceleris concessionem, abduci non posse.

X. *Quid igitur ejus loco moris?* R. Captos custodire, donec persolutum sit pretium.

XI. *A quo estimandum?* R. A victores nisi certi aliquid convenerit.

CAP. VIII.

De imperio in victos.

Quomodo imperium civile victoribus acquiritur potest, ut tantum est in rege, aut alio imperante? R. Ita ut tunc in jus tantum ejus succedatur; nec ultra.

II. *Quomodo etiam ut est in populo?* R. Ita ut alienare victor id possit, sicut poterat populus.

III. *An & imperium herile in populum?* A. Et tunc civitas quae fuit, civitas esse definit; sive ut accessio fiat alterius civitatis; sive ut nulli civitati adherat.

G ;

IV. *Quomodo*

IV. *Quorum sunt res universitatis?* R. Eorum qui sibi universitatem subiciunt; si ipsi velint: etiam incorporalia jura, quae fuerant universitatis; potest etiam victor, si populo victo jus civitatis relinquat, quaedam quae civitatis fuerant sibi sumere.

CAP. IX.

De postliminio.

I. **Q**uid est postliminium? R. Jus quod nascitur, ex reditu in limen, id est fines publicos; sive nostros, sive etiam amicorum.

II. *Quibus in pace est postliminium?* R. His qui, cum subdito bellum exarsit, apud hostes reperiuntur.

III. *Quibus in bello?* R. Redeunt ii qui, antequam caperentur, liberi fuerant; recipiuntur servi, & alia quaedam.

IV. *Quando liber homo postliminio redit?* R. Si hoc animo venerit ad suos, ut eorum res sequeretur.

V. *Qua sibi acquirit?* R. Et se, & res omnes quas habuerat apud populos pacatos: & sicut ad ipsum jura redeunt; ita & in ipsum jura restituantur.

VI. *An populi, qui liberi fuerant, suam*
restit

recipiunt libertatem, si forte eos sic sociorum imperio hostili eximas? A. At si ipsa multitudo, quæ civitatem constituerat, dissoluta sit, non idem censetur populus; nec postliminio res restituitur:

VII. *Quæ res in postliminio sunt?* R. Agri; & omne jus quod solo adhæret: sed res mobiles in præda sunt.

VIII. *An hostie jus postliminii in usu est?* N. Neque inter Christianos, neque apud plerasque Mahumetistas: sublata enim est ejus necessitas; ob restitutam vim ejus cognationis, quam inter homines natura esse voluit.

CAP. X.

Monita de his quæ fiunt in bello injusto.

I. *Si belli, solentis modo suscepti, causa sit injusta, quales actus erunt qui inde nascuntur?* R. Injusti, justitiâ internâ: ita ut peccent qui scientes tales actus operantur, aut ad eos coöperantur.

II. *Quinam igitur, ad quam restitutionem, tenentur?* R. Belli auctores, de omnibus

omnibus quæ bellum solent consequi.

III. *An & belli duxes?* A. De his quæ suo ductu facta sunt.

IV. *An & milites?* A. In solidum, omnes qui ad actum aliquem communem concurrerunt: in actibus dividuis, pro damno quisque, cujus ipse causa unica, aut certe inter causas fuit.

V. *Res capta, bello injusto, an reddenda?* A. Et ab eo qui cepit, & ab eo qui detinet.

CAP. XI.

Temperamentum circa jus interficiendi in bello justo.

I. **O** *B infortunium an recte quis interficitur?* N. Quia coactus partes sequitur.

II. *An ob culpam mediam inter infortunium, & injuriam?* R. Restitutioni quidem obnoxia est; sed penam sæpe non meretur, præsertim capitalem: quia talis actio non est mere scientis, & volentis.

III. *Auctores belli, & qui eos sequuntur, an eodem loco habendi?* N. Hi enim non pariter ac illi puniendi.

IV. *De*

IV. *In ipsis auctoribus quomodo causæ sunt distinguenda?* R. Probabiles ab improbabilibus: sunt enim quandoque tales quæ, quamvis injustæ, etiam non improbitis imponere possunt.

V. *Mortem meritis hostibus an pena recte condonatur?* A. Saepe: ignoscere enim bonitati, modestiæ, animo excelfo, convenit.

VI. *Quid tenendum de nece eorum qui, casu non destinato, occiduntur?* R. Misericordiæ est aliquid tale, unde innocentibus imminere possit pernicies, non aggredi; nisi magnis, & ad multorum salutem preventuris, causis.

VII. *Quibus igitur parcendum?* R. Pueros, & senes, ætas excusat; fœminam sexus; matres aliquos vitæ genus ab armis abhorrens.

VIII. *In horum genere quinam ponendi?* R. Sacerdotes, aliique sacra curantes; monachi, aliique qui vitæ genus sacerdotali simile elegerunt; studiis literarum honestis, & humano generi utilibus, operam navantes; agricolæ; mercatores; opifices, artifices, aliique quorum quæstus pacem, non bellum, amat.

IX. *An & qui arma gesserunt?* R. Equè respectu, parcendum captis; dedere se sive in prælio, sive in obsidione; suæque conditione, volentibus: qui fir-

conditione se victori permittunt, aut supplices fiunt.

X. *Si vero talis exigatur; si terrore opus sit; forestium sit personarum?* R. Hæc ad justam cædem non sufficere, ex antedictis, patet.

XI. *Si delicta ipsa morte digna videantur?* R. Misericordiæ erit, ob multitudinem delinquentium, de summo jure aliquid decedere.

XII. *Obsides an occidendi?* N. Nisi ipsi deliquerint: nam nemo cuiquam, solo consensu, jus dare potest in vitam, aut suam, aut sui civis: quia dominium in vitam Deo excipitur.

XIII. *Quid de illis dicendum dimissionibus, qua ad jus consequendum, aut finendum bellum, nullum sunt usus; sed moxam habent virium ostentationem propositam?* R. Et cum officio hominis Christiani, & cum ipsa humanitate, pugnare.

CAP. XII.

Temperamentum circa vastationem, & similia.

L. *Quæ populatio ferenda est?* R. Quæ brevi ad pacem petendam hostem subigit.

II. *Quam*

II. *Quando ab ea abstinendum?* R. Si res nobis fructuosa sit, & extra hostis potestatem: si magna sit spes celeris victoriae: si hostis aliunde habeat quo se sustentet: si res ipsa ad bellum fovendum nullius sit usus.

III. *In quibus hic specialis accedit ratio?* R. In iis quæ sacris usibus dicata sunt, itemque religiosis; iisque quæ in mortuorum honorem sunt extracta: hæc enim non violantur, nisi contempta humanitate.

IV. *Violenta urbium direptiones an probanda?* N. Ab his enim & bonitas Christiana semper, & ipsa justitia, plerumque, abhorrent: quia abire non possunt sine multorum innocentium malo: & sæpe ad belli summam parum proficiunt.

CAP. XIII.

Temperamentum circa res captas.

I. **R**es hostilium subditorum, bello capta, quomodo retinentur? R. Ad modum debiti.

II. *An etiam in penam alieni criminis?* N. Odiosa enim est talis rerum alienarum obligatio; eoque largius produci non debet, quam actum appareat.

III. *Qua-*

III. *Quale hic debitum intelligitur?* R. Et
 primarium, unde ortum est bellum; &
 quod in bello subnascitur.

IV. *An hoc utendum summo jure?* N. Il-
 lud enim exequi velle summa foret injuria;
 cum latius caritatis, quam juris, regula
 pateat.

CAP. XIV.

Temperamentum circa captos.

I. **Q**uibus in locis captivitas hominum,
 & servitus, in more est, quousque li-
 ceta est talis acquisitio? R. Justitiâ
 internâ, eousque quousque debiti prima-
 rii, aut subnascantis, quantitas patitur.

II. *Quis vita & necis in servos qualem do-
 mino jurisdictionem praestat?* R. Domesti-
 cam; at eadem religione, qua exercetur
 publica, exercendam.

III. *Quae circa minores poenae sese habe-
 re oportet?* R. Circa has adhibenda est aequi-
 tas & clementia.

IV. *Quorum praeterea ratio habenda?* R.
 Ne operæ nimium graves imponantur: ut
 pro iis dentur alimenta; utque eorum va-
 letudinis ratio humane habeatur.

V. *Servo*

V. *Servo an peculium?* A. Si quid enim servus, suum defraudans genium, comparit, aut subcisivi temporis diligentia quaesivit, id aliquo modo ipse est.

VI. *Iusto bello captivus an fugere licet; si non proprio delicto meruerint penam, sed publico facto in hanc fortunam ceciderint?* N. Nam operas suas nomine civitatis debent.

VII. *Quid faciendum ubi captorum servitus in usu non est?* R. Optimum permittari captivos: proximum dimitti pretio non inique.

CAP. XV.

Temperamentum circa acquisitionem imperii.

I. **Q**uatenus iustitia interna permittit imperium acquiri? R. Quatenus fert poenae nascentis ex delicto, aut alterius debiti, modus.

II. *Quid de studio proferendorum per arma finium dicendum?* R. Esse illaudabile cum finis belli esse debeat amovere tantum ea quae pacem perturbant.

III. *Victori igitur quid faciendum?* R. Victori

Victos victoribus miscebit, vel relinquet imperium his qui habuerant: interdum imponenda præsidia; aut tributa, & similia onera.

IV. *Si minus tatum omni in victos imperio abstinere?* R. Temperari res poterit; aliquid imperii ipsis, aut eorum regibus, relinquendo.

V. *Si omne eripiatur imperium?* R. Relinqui illis possunt circa res privatas, & publicas minores, suæ leges, sui mores, & magistratus.

VI. *Religionis abita usus an eripiendum?* N. Nisi persuasis: hoc enim & victis pergratum est, & victori innoxium.

VII. *Si imperium plenissimum, & quasi hereditarium, assumatur?* R. Victi tamen clementer habendi; & ita ut eorum utilitates cum utilitatibus victoris socientur.

CAP. XVI.

Temperamentum circa ea que, jure gentium, postliminio carent.

I. **B**ello injusto quasita à quibus restituenda? R. Ab iis qui ceperunt; & ab iis ad quos res pervenit: nam nemo plus juris ad alium transferre potest; quam ipse habuit.

II. *Ad*

II. *An quid deducti potest?* A. In quantum ipsi, qui rem amiserat, valitura fuerat desperatae possessionis recuperatio: labores etiam, & pericula, possunt aestimari.

III. *An & populi subditi reddendi, aut populorum partes?* A. His scilicet qui jus imperii habuerant; aut etiam sibi, si fui fuerant juris, ante vim injustam.

CAP. XVII.

De his qui in bello mediis sunt.

I. **A** *Nà pacatis aliquid sumere licet?*
N. Nisi ex summa necessitate; cum restitutione pretii.

II. *Si rex stipendia militibus non solvat, quibus tenetur?* R. Militibus, de damnis inde secutis; subditisque ac vicinis, quos, inedia coacti, milites male habuerunt.

III. *Quid officium est pacatorum, circa bellantes?* R. Nihil facere quo causam fovens improbam fiat validior; aut quo iustum bellum gerentis motus impediatur.

IV. *Si res dubia?* R. Aequos sese praebere utrisque, in permittendo transitu, commeatu praebendo legionibus, obsessis non sublevandis.

CAP. XVIII.

De his quæ in bello publico privatim fiunt.

I. **A**N privatim hosti nocere licet? R. Jure naturæ, & interno, in bello justo, cuilibet concessum ea facere quæ parti innocenti, intra justum bellandi modum, profutura confidit.

II. *Hi qui suo sumtu militant, aut naves instruunt, quid per internam justitiam licet, respectu hostium?* R. Res hostiles fient eorum; ut modus tamen, æquo arbitrata æstimandus, non excedatur.

III. *Quid respectu suo civitatis?* R. Justum id erit, si contractui æqualitas infit; hoc est si sumtus & pericula tanti sint, quanti prædæ alea.

IV. *Quomodo in his peccabitur adversus Christianæ religionis regulas?* R. Si appareat talem prædationem præcipue nocituram, non hostium universitati, aut regi, aut his qui per se fontes sunt; sed innocentibus, & quidem adeo, ut eos detrusura sit in maximas calamitates.

V. *Si quis miles, aut alius, in bello justo, adificia hostium incenderit, agros vastaverit, atque id genus dederit damna, non jussus?* R. Tenetur ad refarcienda damna; si neque fuerit necessitas, neque justa causa.

VI. *Si vero justa causa fuerit?* R. Tenetur quidem suæ civitati, cujus leges transgressus est; non vero hosti, cui nullam fecit injuriam.

CAP. XIX.

De fide inter hostes.

I. **F**ides an debetur hostibus quibusvis? A. Quia omnes homines, qui ad rationis usum pervenerunt, capaces sunt juris, ex promisso; unde obligatio.

II. *Prædonibus etiam, ac Tyrannis?* A. Quia enim homines sunt, habent communionem juris naturalis: ex quo nascitur ut pacta serventur.

III. *Si promissa subditis facta sint, an habens dominium eminens stare illis tenetur?*

A. Quia illud jus non competit promiscue; sed quatenus communiter expedit, in regimine civili, aut regio: plerumque autem communiter expedit servari pacta.

IV. *An*

IV. *An metus exceptio ad bellum solenne, juris gentium, pertinet?* N. Quia metus qui tali bello utrinque infertur, quemque jus gentium non improbat, est justus: alias enim talibus bellis nec modus, nec finis, posset imponi.

V. *Esdes an, sine perfidia perfido non servari potest?* A. Si alter parti pactorum non steterit; nec justam opponat compensationem.

CAP. XX.

De fide publica, qua bellum finitur: ubi de pacis pactione, sorte, certamine conditio, arbitrio, deditio, obsidibus, pignoribus.

I. **Q**uorum est pactiones inire bellum finientes? R. Quorum est bellum, qui scilicet summi imperii exercendi jus habent.

II. *Cujus igitur in statu regio?* R. In vere regio, regis: modo jus habeat non impeditum.

III. *Regis etiam infantis, furiosi, captivi, exsulis?* N. Cum ad hoc judicii maturitas, integritas libertas, requirantur.

IV. *Cujus in statu procerum?* R. Majoris consilii publici partis.

V. *Cujam*

V. *Cujus in populari?* R. Majoris partis civium, sententiæ dicendæ jus ex more habentium.

VI. *An reges imperium, aut ejus partem, valide possunt alienare?* A. Si regnum in patrimonio habeant. N. Si tantum habeant in usufructu; ut nunc plerique.

VII. *Subditorum res an, ob utilitatem publicam, pæse concedi possunt?* A. Sed cum onere damni resarciendi: æquum enim est ut, qui societatis causa convenerunt, damna habeant communia.

VIII. *Externis vero, cum rege contractibus, an factum regis sufficit?* A. Ob præsumptionem, quam secum personæ dignitas adfert; & jus gentium, quod bona subditorum, ex facto regis, obligari patitur.

IX. *Qua est regula generalis in pace interpretanda?* R. Quo quis plus habet favoris, eo laxius id accipiendum; quo longius abit, eo strictius; in dubio res manent quo sunt loco.

X. *Si convenerit ut omnia in eum statum, quo ante bellum fuerunt, restituantur?* R. Ultima quæ ante bellum fuit, respicitur possessio.

XI. *Damna bello data an, in dubio, remissa censentur?* A. Hoc enim & inter belli effecta est.

XII. *An*

XII. *An etiam qua ante bellum præcatis debebantur?* N. Hæc enim bello tantum exigi vetita sunt, non belli jure quaesita.

XIII. *An, & bene ante bellum debita?*
A. Si debita publice.

XIV. *Qua post perfectas pacificationes capta sunt, an reddenda?* A. Jus enim belli jam erat sublatum.

XV. *De pacto reddendarum rerum qua tenenda regula?* R. Conditions mutuz interpretandæ latius, quam claudicantes; de hominibus agentes, plus habent favoris, quam de rebus; de agris, plus quam de mobilibus; penes publicum existentes, plus quam quæ penes privatos.

XVI. *Qua de fructibus?* R. Cui pace res conceditur, ei & fructus; à tempore concessionis percipiendi; non retro.

XVII. *De nominibus regionum?* R. Ea accipienda ex usu præsentis temporis; non tam vulgi, quam peritorum.

XVIII. *Si relatio sit ad pactum antecedens, aut vetus?* R. Repetitæ censentur qualitates, aut conditiones, priori pacto expressæ.

XIX. *In dubio contra quem interpretatio facienda?* R. Contra eum qui leges, & conditiones dedit.

XX. *Quot modis pax rumpitur?* R. Faciendo contra id quod omni paci inest.
2. quod

2. quod in pace dictum est aperte. 3. quod ex pacis cujusque speciali natura debet intelligi.

XXI. *Quo casu primo modo rumpitur?* R. Si vis bellica inferatur, sine nova causa.

XXII. *Si socii id fecerint?* R. Ex alieno facto nemo fit pœnæ obnoxius.

XXIII. *Si subditi?* R. Videndum an privatorum factum publice probetur, ex scientia, puniendi potentia, & neglectu.

XXIV. *Si subditi aliis militent?* R. Re-ctius id non permittitur.

XXV. *Si nocitum subditis?* R. Rupta quidem pax censetur: at ulcisci, aut ablata vi recuperare, non licet; nisi post judicium negatum.

XXVI. *An stem si sociis?* A. Si in pace comprehensi sint. N. Si non sint.

XXVII. *Qui pax rumpitur secundo modo?* R. Faciêdo, & non faciêdo, quod, & cum, oportet.

XXVIII. *Si sit minoris momenti?* R. Bonitas Christiana leviores culpas facilius condonabit; præsertim accedente pœnitentia.

XXIX. *Si necessitas obstiterit?* R. Modo alio satisfaciendum alteri.

XXX. *Qui pax solvitur tertio modo?* R. Injuriis, contumeliis, atrocibus minis, sine nova causa; arcibus, nocendi tantum causa,

extructis in finibus ; aliisque quæ contra amicitiam fiunt; sub amicitia legibus pace contracta.

XXXI. *Subditos, & exules, recipere an contra amicitiam est?* N. Si singuli fuerint. A. Si oppida, aut magni cœtus.

XXXII. *An forte bellum dirimere licet?* R. Non semper; sed tum quoties agitur de re in quam plenum habemus dominium: quique, injusto bello petitus, tantò est inferior ut nulla sit ei evadendi spes, fortem offerre potest, ut certum periculum incerto evadat.

XXXIII. *An condicito certamine?* A. Jure gentium externo.

XXXIV. *An & ex justitia interna?* N. Quia nemo vitæ suæ dominus est: cumque de multorum innocentium salute agatur, totis viribus nitendum pro ea.

XXXV. *In tali pralio qui victi censendi?* R. Qui aut omnes occubuerunt, aut in fugam dati sunt.

XXXVI. *Si bellum per arbitros dirimendum sit, an standum omnino, si ve æquum, si ve iniquum, pronunciantur?* A. Arbitræ enim hic non tantum conciliator est; sed cujus dicto parendum omnino sit.

XXXVII. *Qua est vis pura deditiois, respectu victi?* R. Ut post eam nihil non parandum habeat.

XXXVIII.

XXXVIII. *Quod officium Victoris, circa eos qui sic se dedunt?* R. Neminem occidere; nisi id suo facinore meritum: nihil auferre, nisi in justam pœnam: ad clementiam, ac liberalitatem propendere.

XXXIX. *Qua sunt conditionata deditioes?* R. Singulorum vitæ, libertati, bonis, consulentes; aut universitati.

XL. *Obsidi an fugere licet?* A. Nisi fidem dederit, quo laxius haberetur.

XLI. *An obses in aliam causam recte resinetur?* N. Nisi in alia causa fides sit violata: non tamen ut obses, sed ut civis alius.

XLII. *Mortuo eo pro quo quis obses venit, an liberatur?* A. In illo enim, dum moritur, jus pignoris extinctum est.

XLIII. *Quid pignora non commune cum obsidibus, sed proprium, habent?* R. Quod quæ de iis est pactio non tam stricte sumatur, quam illa de obsidibus.

CAP. XXI.

De fide manente bello: ubi de induciis, comœatu, captivorum redemptione.

I. **Q**ua sunt bella commercia, à summis potestatibus, inter bellum, concedi solita? R. Inducias, comœatus, captivorum redemptio.

II. *Quid sunt inducia?* R. Conventio per quam, bello manente, bellicis actibus, ad tempus, abstinendum est.

III. *An nova, post inducias, indictione opus est?* N. His enim, tanquam impedimento temporali, sublatis, ipso jure se status belli exferit sopitus, non mortuus.

IV. *Si tempus, induciis adscriptum, sit continuum, ut centum dies, quomodo facienda est numeratio?* R. Ad momenta temporum; non dies civiles: istud enim naturæ convenit.

V. *Si cum designatione termini, ut usque calendas Martias, dies ille eritne inclusus, an exclusus?* R. Inclusus: nam hujus temporis productio favorem in se habet, scilicet inducias.

VI. *Quando inducia obligant?* R. Contrahentes statim, ex quo contractus absolutus est; subditos post publicationem.

VII. *Quid licet per inducias?* R. Ire, & redire, ultro citroque; sed cum eo apparatu qui nullum ostendet periculum; interiorius recedere cum exercitu; reficere mænia; militem conscribere.

VIII. *Quid non licet?* R. Exercere actus bellicos, sive in personas, sive in res; corruptis hostium præfidiis, invadere loca quæ ipsi tenebant; loca non vere derelicta, sed tantum præfidiis nudata, occupare.

IX. *An redire potest qui vi majore detentus est, circa exitum induciarum?* R. Non externo jure gentium: sed talem remittere benignius & generosius est.

X. *Induciarum pactioibus ab altera perscriptis, an altera movere bellum potest?*
A. Etiam sine indictione: quia conventionis capita insunt ei per modum conditionis.

XI. *An si poena addita fuerit?* N. Si persolvatur ab eo qui contra facit.

XII. *Facta privatorum an rumpunt inducias?* N. Nisi publicus actus accedat.

XIII. *Qualis interpretatio sumenda est de jure commoendi, extra inducias?* R. Laxa magis quam restricta: cum sit quoddam privilegium.

XIV. *Quinam hic veniunt militum nomine?* R. Non gregarii modo; sed & medii, ac summi, duces; nautæ in classibus; omnes qui dixerunt sacramentum.

XV. *Ite, venire, abire, quomodo accipienda?* R. In ita cautum de reditu: abitus intelligendus tutus, usque dum eo pervenerit ubi in tuto sit: at cui abire datum, non item redire: cui venire concessum, mittere non poterit; nec contra: cui venire permissum, semel veniet; non iterum.

XVI. *Qualis est ad personas extensio?*

R. Patrem filius, uxor maritum, non sequitur aliter quam in jure commorandi: famulus unus & alter, quamvis non expressus, censetur comprehensus in eo cui, sine tali comitatu, ire indecorum.

XVII. *Ad bona?* R. Ut non quævis comprehendantur; sed quæ solita sunt ad iter assumi.

XVIII. *Comitis, & gentis, nomine qui non veniunt?* R. Piratæ, latrones, transfugæ, desertores: horum enim causa, magis quam ejus cui prospicitur, odiosa est.

XIX. *Juris commorandi concessio an, morte concedentis, extinguatur?* N. Est enim beneficium: contra, si data sit, donec qui dederit voluerit: nam hic velle deficit.

XX. *Qualis favor captivorum redemptionis?* R. Magnus, apud Christianos: ita ut omnino sint improbandæ leges, captivos redimi indistincte vetantes.

XXI. *An conventio rescindi potest, ob ditias captivi ignoratas?* N. Jure enim gentium nemo supplere tenetur quod, in contractu, minus æquo pretio promissit; si dolus non intercesserit.

XXII. *Quæ capti bona captorem sequuntur?* R. Tantum ea quæ specialiter apprehenderit: non ea quæ clam secum habet captivus.

XXIII. *An hæres captivi mortui, pre-*

rius debet? N. Si mortuus in carcere fuerit. A. Si extra carcerem, in libertate existens.

XXIV. *Dimissus ut alterum liberet, et mortuus, an redire debet?* N. Sed ejus tamen, quod prestare nequit, prestare æstimationem.

CAP. XXII.

De fide minorum potestatum in bello.

I. **M**inorum potestatum pactio quatenus obligat summam potestatem?
R. Faciendo id quod probabiliter ipsorum officio contineri censetur; vel etiam, extra illud, ex speciali præpositione; notâ publice, aut iis quorum res agitur.

II. *Si factum quid contra mandatum?*
R. Obligatur qui præposuit; etiam si sint contra mandata arcana; intra limites tamen publicæ functionis.

III. *An dux milites, & magistratus oppidanos, intra eos actus qui ab ipsis imperari solent, obligans?* A. Nam alioqui semper consensu speciali esset opus.

IV. *Pacem facere an ducum est?* N. Bellum enim finire belli gerendi pars non est.

V. *Inducias dare?* A. Nec summorum tantum; sed & minorum: iis nempe quos oppugnant, aut tenent obsessos; & se, suasque copias, quod attinet.

VI. *Homines, imperia, agros, concedere?* N. Si bello quaesita jam sint. A. Si adhuc quaerenda: quia pleraque sub vitæ salvæ, libertatis, ac honorum, conditionibus deduntur; de quibus summæ potestatis arbitrium exquiri res plerumque non patitur.

VII. *Quomodo talia pacta interpretanda?* R. Stricte; quatenus nempe natura contractus id patitur: ne aut, ex ipsorum facto, summa potestas, plus quam velle, obligetur; aut ipsi damnum subeant, officium faciendo.

VIII. *Quomodo interpretanda deditio, à duce accepta?* R. Ut in deditioem puram acceptus, eo jure acceptus censeatur, ut de eo victoris populi, aut regis, arbitrium sit.

CAP. XXIII.

De fide privata in bello.

I. **P** *Risati, fide hostis data, an obstringuntur?* A. Habent enim & privati privata jura, quæ obligare possunt; & juris acquirendi hostes sunt capaces: adeoque nihil obligationem impedit.

II. *An etiam pirata, ac latroni?* A. Maxime si jusjurandum accefferit.

III. *Minor an hic excipiendus?* N. Si actum intelligat.

IV. *Quomodo se extendit privatorum in paciscendo potestas?* R. Ad actiones ipsorum, & res; non ad publicas; cum à privato publica nequeant alienari.

V. *Promissio captivi, de redeundo in carcerem, an toleranda?* A. Neque enim deteriore reddit ejus conditionem.

VI. *In certum locum non redeundi; non militandi?* A. Cum patrie causa non fiat deterior; cui captus, ni liberetur, jam perisse censendus est.

VII. *Nec fugiendi?* A. Etiam si vincti promiserint: nam & sic solet vita servari, aut mitior obtineri custodia.

VIII. *An privati, à summis potestatibus, cogendi sunt, ut promissa implent?* A. In bello solenni; ob jus gentium; quo bellum gerentes alter alteri jus reddere obstringuntur; etiam de factis privatorum.

IX. *In hujusmodi pactis quomodo sumenda voces vita, vestium, adventus, auxilii?* R. Prior ad libertatem non extenditur; neque altera ad arma: venisse auxilium dicitur, si sit in conspectu.

X. *Rediisse ad hostem quis dicendus?* R. Quia ita rediit ut iterum sit in ejus potestate.

XI. *Quae iusta auxilia, in deditione sub conditione?* R. Talia quae periculum cessare faciant.

CAP. XXIV.

De fide tacita.

I. **Q**uomodo tacite fidem intorquet qui se in alicujus populo fidem dat? R. Hic se tacite obligat, ne quid faciat adversus eum statum, in quo praesidium petit.

II. *Qui colloquium postulat, aut admittit?* R. Id collocutoribus innoxium fore tacite pollicetur.

III. *Colloquii specie, hostem à belli consiliis abvertere, suaque interim promoveri, an licitum?* A. Dum nihil patiuntur collocutores: hoc enim perfidia caret; adeoque dolis bonis annumerandum est.

IV. *Signa muta, ex consuetudine significantia, an obligant?* A. Non minus quam voces.

V. *Pena remissio an ex sola dissimulatione colligitur?* N. Sed necessum est talis accedat actus, qui aut amicitiam ostendat; aut opinionem de tali virtute, cui merito antefacta condonari debeant.

CAP. XXV.

*Conclusio, cum monitis ad fidem,
& pacem.*

Quibus ad servandam fidem mone-
mur? R. Inter cætera, ne spes pacis
adimatur: & quia perfidia homi-
nem hominibus infociabilem facit, ac Deo
irivisum.

II. *In bello quid semper spectandum?* R.
Pax: ut securus, ac Deo fidens, animus re-
tineatur.

III. *Si ea sit noxia?* R. Si satis tuta ha-
beri potest, & malefactorum, & damno-
rum, & sumptuum, condonatione non male
constat; præcipue inter Christianos; qui-
bus pacem suam Dominus legavit: quos-
que Paulus vult, quantum fieri potest, cum
omnibus pacem querere.

IV. *Quos utilitas humana eodem trahit?*
R. Et minus valentes, & eos qui validiores
sunt.

V. *Qui illos?* R. Quia periculofum est
longum cum valentiore certamen.

VI. *Qui hos?* R. Quia bonis suis rebus
ampla, ac speciosa, dantibus pax est; ac
melior, tutiorque, quam sperata victoria;
& maxime metuenda desperantium auda-


cia, tanquam acerrimi morientium belluarum morsus.

VII. *Pax facta quomodo servanda?* R. Religiose: ac non tantum perfidia, sed & quæcunque exasperant animos, sollicitè cavenda.

Inscribat hæc Deus (qui solus hoc potest) cordibus eorum, quorum res Christiana in manu est: & iisdem mentem divini, humanique, juris intelligentem duit; quæque semper cogitet lectam se ministram ad regendos homines, DEO charissimum animal.

F I N I S.

INDEX



I N D E X

rerum hoc Compendio contentarum.

Prior numerus paginam , posterior
paragraphum significat.

A.

- A**ctorum genera tria. 42. XVI
Aceptatio ad promissionem
iure transferendo neces-
saria 74. XIV
Actiones quotuplices dentur ? 24. V
quomodo dentur ob injuriam
factam ? 25. X
quomodo dentur ob injuriam
nondum factam ? 24. V
Acquisitione derivativa quomodo ali-
quid nostrum fiat ? 55.
Acquisitio derivativa que lege fit
quotuplex est ? 57.
Acquisitio

INDEX.

<i>Acquisitio originaria rerum</i>	39
<i>Acquisitio originaria juris in personas</i>	47
<i>Acquisitio juris gentium</i>	69
<i>Actus omnes vitiosi non sunt puniendi</i>	107. XXVIII
<i>Advenis potentibus desertum ac sterile solum concedendum est</i>	37 XXVIII
<i>Alienatio lege natura quotuplex?</i>	82. II
<i>Alienatio populi an lege licita & quomodo?</i>	15. XLVI. 155. VI
<i>Alimenta an à parentibus liberis debeantur?</i>	58. V
<i> quibus liberis?</i>	ibid. VI
<i> an ab avo, aviâq₂, præstanda & quando?</i>	59. VIII
<i>Alimenta an etiam parentibus à liberis præbenda?</i>	59. VII
<i>Alapam infligens an occidi debeat</i>	28. XXVI
<i>Aluvio</i>	66. XII.

Bellum

INDEX.

B.

- Bellum quid?** 1. I
an juri natura repugnet? 4. I
an juri divino voluntario veteri? 6. IX
an legi Evangelica? *ibid.* XI
an ab Ecclesia probetur? 7. XI
- Belli divisio** 70. I
quid publicum? *ibid.* II
quid privatum? *ibid.* III
an id licitum? 8. V
quid mixtum? 8. IV
- Bellum publicum quotuplex?** 9. XVII
quid publicum solenne? *ibid.* XVIII
quid minus solenne? *ibid.* XIX
- Bella quinam gerere possint?** 18. I
An subditi organa superiores? *ibid.* II
An Magistratus minores? 20. VII
organum

INDEX;

ergane Regem qui se abdicavit? 21. XII.

aut qui regnum alienat? ibid. XIII

aut qui manifestè hostilem animum ostendit? ibid. XIV

Belli causa principalis 23. I

Bellorum causa quot? 24. I

causa justa ibid. III

prima causa justì belli 25. XI

causa justifica 115. I

suasoria ibid. II

dubia 118

Belli fontes qui? ibid. IV

Bellorum causa pro aliis suscipiendorum? 121

Bellum ob quæ delicta incipiendum? 110. XLIIIX

an ob delicta inchoata? ibid.

XLIX

an in eos, qui contra jus natura peccant? 110. LI

aut quæ peccata in Deum committunt? 111. LIII

INDEX.

<i>Et Christianam Religionem recipere volunt? ibid.</i>	LV
<i>Bellum naturale in quos?</i>	110. LII
<i>Bello quæsiti populi cui cedant Regine an populo?</i>	14. XLV
<i>Bellum promeriti injuste defenduntur</i>	31. XLVI
<i>Beneficia Principum an possint revocari?</i>	85. XV

C.

<i>Civitas quid?</i>	3. XVII
<i>Civibus de civitate abscedere non licet nisi impetrata veniâ</i>	53. XXXVI.
<i>Confusio materia diversorum</i>	68. XVIII.
<i>Conjugii natura</i>	49. XV
<i>Consociationes quoptuplices?</i>	52. XXVIII
<i>Contractus</i>	75
<i>Contractus regentium quomodo subditos obligent?</i>	85. XIII
<i>Contrahens rei sibi note vitia indicare tenetur</i>	76. II
<i>Criminum participatio</i>	95. VI

Damnnum

INDEX.

D.

- Dammum quid?* 95. III
deditio conditionata 159. XXXIX
- Defensio sui privata an lege Evangelicâ licita?* 9
- Defensio corporis quomodo iusta causa belli* 15. XV
unde oriatur *ibid.*
- Delicta in Deum admiffa an armis vindicanda* 111. LIII
- Denunciatio belli an necessaria* 131. I
quocumplex? 132. IV
- Derelictione an nondum natio jus suum tacitè possit decedere?* 46. XI
- Derelictum quomodo aliquid intelligatur?* 44. I
- Dolenti in bellistice* 126. VIII
- Domini an in servos jus vite ac necis habeant?* 54. XL
- Dominorum jus in prolem servilem unde nascatur?* *ibid.* XLII
- Dominia quomodo desinant* 68. I
Episcopi

INDEX.

E.

Episcopi quàm tales an jus regnandi habeant? 117. XI

Externis sedibus expulsis an perpetua habitatio concedenda? 37. XXVII

F.

Fausto alieno qui teneantur? 130. I

Falsiloquium an apud hostem licitum? 129. XXII

Fendalis nexus an summo imperio detrahatur? 18. LXII

Fides tacita 166

Fides hostibus debetur 153. I

Filius an à patre exheredari possit, ne in regnum succedat 63. XXXI

Filius ante regni adoptionem natus an nato post eam preferendus? ibid. XXXIV

Flumina suntne communia an propria? 35. XX

Flumina an occupari poterint? 39. V

Fœdera

INDEX

<i>Fœdera quœ triplicia?</i>	87. IV
<i>equalia</i>	ibid. V
<i>inequalia</i>	ibid. VI
<i>Fœderum causa</i>	87. VII
<i>Fœdera differunt à sponsionibus.</i>	86
	III
<i>an cum alienis à vera Religione licite inœantur?</i>	87. VIII
<i>Fœdere inequali junctorum lites & controversiæ quomodo discepten- tur?</i>	17. LIX
<i>an tales subsint potentiori & su- periori?</i>	16. LV
<i>Fugam impediētes licet innocentes an occidendi?</i>	26. XV
<i>Functiōes civiles minores an populus jure hereditario concedere possit?</i>	56. X
<i>An Rex?</i>	ibid. XI
<i>Fur nocturnus quomodo occidi possit?</i>	30. XXXVI

H.

<i>Hæredis persona an eadem censetur cum personâ defuncti?</i>	70. XIV
--	---------

INDEX.

- Homicida ad quid teneatur?* 96. XI
Hostis tractandi licentia 133. & seq.
Hosti an privatim nocere liceat? 152. I

I.

- Ignoscere quando liceat?* 108. XXXIII
causa impellentes intrinseca. ibid.
extrinseca ibid. XXXV
Imperia an possint alienari? 56. V
Imperia quando desinant? 68. I
Imperium Germanicum an in Romani
locum sit surrogatum? 70. XIII
Imperium in maris portionem quomo-
do acquiratur? 41. XIII
Ad Impossibile nemo obligatur
 80. IIX
Indacia 160. II
Inducias dare cujus sit? 164. V
Interpretationis ratio mensura 89. XVI
Interpretationes tacite an admitten-
de? 129. XXII
Indicia an sint contra Naturam?
 8. VII
quando

INDEX.

quando & quotupliciter cessent?
ibid. IIX

Juris triplex significatio 1. & seq.

Jus quid est *ibid.* II

Jus naturale 2. VI

immutabile est *ibid.* IX

Jus voluntarium quid & quotuplex?
 3. XIII

civile quid? *ibid.* XVI

divinum quid *ibid.* XX

quotuplex? 4. XXII

Jus hominibus commune quotuplex?
 32. XXI

Jus in personas quomodo acquiratur?
 47

Jurisjurandi requisita 79. I

forma 81. X

Jusjurandum dolo elicited non obligat 80. IV

Juramentum qualem obligationem requirat? *ibid.* VI

Jurans que debeat? 81. XIII
 L.

Legationes 98. I
Legati

INDEX.

- Legati inviolabiles* 99. IX
an etiam Comites & vasa eorum?
 101. XIX
- Legati qui vetari possint?* 99. IIX
- Leges civiles naturalem libertatem
 circumscribere possunt* 34. XI
- Leges civiles an etiam in Rege valeant?*
 84. IIX
- In Liberis tempora tria distin-
 guenda* 48. IV
- Libertas an Paci proferenda?* 120. III
- Libertatis desiderium an iusta belli
 causa?* 116
- Licentia ledendi in bello ad que per-
 rigitur?* 133. II
- In Locatione conductione quis ca-
 sus ferat?* 77. XII

M.

- Magistratus mortem commertos an
 sine peccato committat?* 31. XLIII
- Maleficium* 95. I
- Maris*

INDEX.

<i>Maris an detur proprietas?</i>	33 XII
<i>Mare an potuerit occupari?</i>	40 VI
<i>an & pluribus?</i>	ibid. VII
<i>Maris in partem quomodo acquiratur imperium;</i>	41. XIII
<i>Mares in successione regnorum feminis preferendi</i>	61. XXIV
<i>Mercibus an transitus concedendus?</i>	36. XXIV
<i>Mendacii natura</i>	127. XI
<i>Mensura valoris in rebus</i>	76. VII
<i>Monopolia omnia an cum iure nature pugnent?</i>	77. IX
<i>Mutilatio membri an morte eius inferentis repellenda?</i>	37. XXII

N.

<i>Natura prima & consequentia?</i>	5 II
<i>Neutrales sive medii</i>	151
	<i>Nostrum</i>

INDEX.

Nostrum quot modis aliquid sit? 32. I

O.

Obligatio ex dominio 70. I
Obsidi an fugere liceat? 159. XL
Obsides an occidendi? 146. XII
Occupari que possint? 39. II
Occupatio eorum que nullius sunt 65. I

P.

*Pacta realia à personalibus quomodo
distinguantur?* 92. XXII
Pactiones bellum finientes quorum? 154. I
*Parentum consensus an ad validitatem
conjugii naturaliter requiratur?* 50. XVI
*Pater an filium oppignorare possit &
vendere* 49. X
I Partus

INDEX.

- Partus an matrem sequatur in servitute?* 54
- Pax quibus modis rumpatur?* 157
XX
- quomodo servanda?* 168
VII
- Pacem facere cuius sit?* 163
IV
- Percussorem quomodo liceat hosti immittere?* 134. XI
- Perduellium liberi an licite puniantur?* 115. XII
- Pensio extero solvenda an stare possit cum summo imperio* 17
LXI
- Plantata & consita an cedant solo?* 68. XXI
- Populus jure hereditario minores functiones potest concedere* 56
X
- Populus quando interire possit?* 69
IV

Possessor

INDEX.

<i>Possessor bonae fidei quid juris habeat?</i>	98
<i>in fructus</i>	ibid.
<i>ad qua teneatur</i>	71. IV
<i>Postliminium</i>	142. I
<i>Pœna quid</i>	103. II
<i>earam intentio & utilitas</i>	103 VII
<i>taxatio</i>	108. XXXVI
<i>communicatio</i>	113
<i>Potestas civilis in quibus consistat?</i>	10 XXIII
<i>Summa qua?</i>	ibid. XXIV
<i>Ejus subjectum quotuplex?</i>	11 XXV
<i>an ubique & semper sit penes populum?</i>	ibid. XXXI
<i>an haberi possit jure temporario?</i>	14. XLI
<i>quemodo jure usufructuario?</i>	ibid. XLII
<i>an pleno jure proprietatis?</i>	ibid. XLIII

INDEX.

- an sit divisibilis?* 15. XLIX
- Promissa an ius pariant?* 72
I
- Promissionis perfecta requisita?* *ibid.*
II
- materia* 73. XI
- Promissio fundata in presumptione
facti se ita non habentis nul-
lam habet vim* 73. IV
- Promissio facti per se illiciti nihil va-
let* *ibid.* IIX
- Promissio metu facta an obliget?* 73
VI
- Ad promittendi modum quid requi-
ratur?* 74. II
- Proprietas qualis in principio* 32
VI
- Pudicitia vim intentans an iure oc-
cidi possit?* 27. XXXIII
- Puniendi ius cui competat?* 103
V

Raptor

INDEX.

R.

- Raptor quomodo occidi possit?* 29
XXXI
- Regna quomodo deferantur?* 60
an abdicari possint liberis 63
XXXII
- An Regnum immediatè dividatur
in plenum & merum principa-
tum?* 16. LI
- Res corporales quoduplices?* 32
qua sunt vacua à proprietate?
ibid. IV
qua possint fieri propria 33. X
- Restitutio in actibus regis an Regi com-
petat?* 83. I

S.

- Sepultura jus* 102
- Sepultura quibus debeat?* ibid.
III

INDEX.

	<i>an facinorosis?</i> <i>ibid.</i> IV
<i>Servitus</i>	140
<i>Servis an effugere liceat servitutem?</i>	54. XLIII
<i>Servitutes imperfectae</i>	<i>ibid.</i>
<i>Silentium quomodo in derelictione pre- sumenda valeat?</i>	44. V
<i>Societatis contractus</i>	79. XIX
<i>Spicula veneno in bellis inficere non licet</i>	134. I
<i>Sponsionum materia</i>	88. XIX
<i>Supra in bellis non sunt permissa</i>	134 XIII
<i>Subjectio ex consensu</i>	53. XXXVIII
<i>privata</i>	<i>ibid.</i>
<i>publica</i>	54
<i>ex delicto</i>	<i>ibid.</i> XLV
<i>Subditi quo jure & in quantum pro debitis imperantis teneantur</i>	130 131
<i>Subditorum res an ob utilitatem pu- blicam hosti concedi possint</i>	155. VII

Successio

INDEX.

Successio ab intestato unde oriatur 58. III

Successio in regnum linealis 62
XXIX

cognatica ibid.
agnatica 63. XXX

T.

Thesauri cuius? 66. IX

Transitus an & quando negari possit?
36. XXI

Tutela Regis aut etate aut morbo inhabilis cui deferatur? 15. XLVI

V.

Vestigalia quomodo imponenda navigantibus 41. XIV

de quibus exigenda 36. XLI

Venatio an lege civili prohiberi possit?
34. XI

Vene-

INDEX.

- Veneficia in bellis an licita* 134. VII
Victori quid faciendum? 149. III. 159
XXXVIII
Ultio quomodo licita? 105. XIX
XIX
Voluntariorum militum jus in hostem
152. II
*Urbium direptiones violente an pro-
banda?* 147. IV
Usura an jure naturali vetita 78. XV

F I N I S.

